utilem ad intelligenciam huius materie si recte et aperte
ponatur et perfecte intelligatur quia ergo omissa contraria
posicione qui in bona parte loquendo non perfecte

materiam explicat prosequi volo ad literam ex verbis beati thome in ulti parte (q. lxv) articulo quarto ubi querit Utrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis et in corpore q. ita dicit Respondeo dicendo quod necessarium respectu finis de quo loquimur dicitur aliquid dupliciter Uno modo sine quo non potest esse finis sicut est cibus necessarius vite humane Et hoc simpliciter est necessarium ad finem Alio modo dicitur necessarium id est sine quo habetur finis Ita convenienter equus necessarius est ad iter hoc autem non est simpliciter necessarium ad finem Primo ergo modo necessaria sunt tria sacramenta duo quidem persone singulari Baptismus quod simpliciter et absolute penitentia autem supposito peccato mortali post baptismum sacramentum autem ordinis est necessarium ecclesie quia ubi non est gubernator populus corruet prov. xi Sed 2o modo sunt necessaria alia sacramenta hec thomas ibi ...

Jam ergo videamus in quo genere necessitatis ponitur eucaristie sacramentum quo non in illo sine quo non potest haberi salus sed in illo sine quo non ita convenienter Et huic concordat dictum eiusdem sancti thome super quarto sententiarum di. lxiii de quo nimis proponens valde vestinavit etiam in fine sue positionis Dictum verbum sancti thome super quarto sententiarum di. viii in forma ita dicit Dicendum quod hoc sacramentum de sui institutione prima quamvis non sit de necessitate salutis tamen ex institutione necessarium efficitur et sine hoc necessarium est non simpliciter sine quo non esset salus sed ex suppositione finis scilicet si homo in vita spirituali firmus persistere vellet hec ille thomas.

Jam videamus necessitatem huius sacramenti. Dico simpliciter sacramenti quia ad huc de duplici specie non loquimur Sed similiter de sancto spiritus sancti talis necessitas non sine quo non est salus Sed si vult homo persistere firmus in vita spirituali Et ut hec materia plene eluadetur quia etiam in ferius allegantur per proponentes (glo. canonice et doctorum ad hoc quod quinque sunt sacramenta necessitatis A q. r. Sed notandum est in c. veniens de transl. pre. et alia huiusmodi que etiam nisi timerem esse minus prolixa vellem aliqualiter enucleare Sed propter hoc tamen dicam ut hec materie de sacramenti necessitate que dicitur esse quinque lucidius eluceseat dicit pe. de palud. super quarto sententiarum di. ix tractans istam materiam allegat dictam glo. Et dicit quod canoniste sic dicunt Sed theologi contra sic dicunt quod duo tantum

sunt necessitatis Baptismus et penitentia. Coniugium sunt voluntatis
postea ipse probat et bene quod matrimonium et ordo sunt necessaria
quia sine matrimonio populus dei licite propagari non potest
nec illud divinum preceptum adimplere licite Crescite
et multiplicamini. Ordo autem est necessarium sacramentum quia sine
illo cetera sacramenta ministrari non possunt nec conferri ecclesie. Item
quia sicut sapiens dicit Ubi non est gubernator corruet
populus. Ecce illa duo que actenus rationes dicuntur volun-
tatis probantur et necessitatis. Quid ergo in ista quasi pugnaculo
contradictiones doctorum. Dico quod omnes dicunt verum diversis respec-
tibus et eorum dicta bene intellecta non contradicunt. Sed si quis
non intelligens aut non bene advertens diversas
respectus et consideraciones doctorum recipit frustratim eorum
verba respuitur in eisdem. Nam ista duo sacramenta matrimonium
et ordo sunt necessitatis et voluntatis. Necessitatis quo
ad universitatem quia necesse est quod habeantur et exerceantur alioquin
deficeret populus dei. Sed non sunt necessitatis sic quod quibuslibet
hominibus accedant ad suscipienda quia non est oportet quod omnes
ordinentur nec omnes obligantur ad matrimonium con-
trahendum. Sic ergo sunt voluntatis et necessitatis diversis
respectibus. Sciat preterea idem doctor aliam declaracionem
valde utilem et hec est valde advertenda et mente
tenenda. Dicit enim quod illa sacramenta sunt necessitatis que non
quorum effectus est ad tollendum defectum incompossibi-
lem saluti sicut Baptismus quia secundum apostolum omnes nascimur
filii ire et spiritualiter mortui. Effectus autem baptismi ut
renascamur filii gracie et vivamus vita spirituali. Si post
quam baptizatus est homo ipse peccaret vitam amittet graciam.
Si autem peccat mortaliter et sic incurrit mortem naturalem
habet sacramentum penitencie ut resurgat et sic effectus
horum duorum sacramentorum est expellere mortem et dare vitam
et ideo sunt necessaria ut si suscipiantur actu vel voto
quando susceptionem actualem articulus necessitatis excludit.
Alia vero sacramenta non sunt instituta ad dandum vitam necessariam
saluti sed ad conservandum. Unde dicit doctor predictus quod
eucharistia non est de necessitate salutis quia eius effectus
sit necessarius ad salutem nec eius effectus sit confirmacio
in karitate et gracia quod pertinet magis ad perfectionem
quam ad necessitatem salutis. Hec dicit doctor qui bene
concordat cum dictis sancti Thome superius allegatis

tu dicit quod non est derelicto de sui prima institutione simpliciter
et sine quo salus haberi non possit sed quia homo in vita spirituali
firmius vult persistere. Ad hoc etiam concordat dominus petrus
de tarantasia quem ipse proponens quasi in fine sue propositionis
allegat super quarta di. vii. ar. 3. Ubi dicit quod aliquid est necessarium
ad salutem dupliciter. Uno modo sine quo non est salus Alio modo
cum quo melius fit procurature. Primo modo regulariter non est de ne
cessitate salutis sed in casu in quo statuit ecclesia. Secundo est de
necessitate salutis sicut et ceteris sacramentis hec ille doctor. Sequitur
ergo non est de necessitate salutis ut sine ea non sit salus sed quod per
eam melius procuratur. Et per hoc apparet veritas de ista
questione an sacramentum confirmationis sit de necessitate salutis quia nullum
melius iudicium quam ab effectu quia per effectus iudicamus
de causis. Effectus autem huius sacramenti pertinet magis
ad perfectionem quam ad necessitatem salutis ut dicit dictus dominus petrus
de palude. Ad hoc bene facit dictum sancti thome super quarto in quo
iii q. li. Quod etiam proponens allegat ut patet quod duplex est
confirmatio quedam ad opera contristabilia et hoc fit per
sacramentum confirmationis. Alia ad opera delectabilia que fit per
sacramentum eucharistie scilicet confirmati in opera delectabilia. Lex et iuris
in textu sine ... di. xii. dicit quod sit virtus huius sacramenti
[illegible] remissio scilicet venialium peccatorum et perfectio virtutis Sed aper
tius hoc declaratur per dictum sancti thome super iiii di. xii.
Ubi tractat de effectu huius sacramenti est conversio hominis in
christum ut dicit cum apostolo vivo ego iam non ego, vivit autem in
me christus ad gal. 2o Sed et ad hoc consequuntur duo effectus
augmentum spiritualis quantitatis in augmento virtutum et
restauratio deperditorum in remissione venialium. Sic ergo
iudicet unusquisque de necessitate huius sacramenti ab effectu omnibus
et secundum necessitatem effectus iudicent necessitatem sacramenti quo
iudicio nil rectius inveniri potest quia ut cum sacramenta
ut dicit primo 39 in principio sui tractatus de missa sunt instituta
est adiutorium nostrum necessitatem eorum ab effectu quem ibi nobis
faciunt iudicare debemus.

Comperi autem ibi dictam propositionem ponitur 2a suppositio quod precepta
divina habent se indistincta dicta Quedam enim sunt que
obligant ad semper et pro semper Alia que ad semper
et non pro semper que distinctio comprehendit totam latitu
dinem materie neque explicat quantum pro intelligentia
opus est. Nam sunt precepta que ita constringunt

Dupliciter aliquid dicitur necessarium ad salutem

Communitatem ut non singulos et alia que singulos et sunt mai
ora et minora precepta et proprie vel largo modo precepta et
alie acceptiones sunt que si non advertantur et non distinguantur
faciunt paralogizare et errare in dictis sacre scripture et doctorum
dum homines audiunt preceptum esse et quale sit vel cuius speciei non
distinguunt et forte hoc voluerunt dicere magistri prage congregati
prout in cedula supra memorata qui dixerunt de oratione sub
utraque specie quia adhuc esset dubium an cadat sub precepto
aut quali precepto qualis ne pena allud sequetur qui hoc pre
ceptum omitteret aut quomodolibet non impleret
Preterea non semper ubi reperitur nota precepti est
preceptum nec ubicumque reperitur verbum preceptum est effectus
precepti Nam et xpus dixit in ewangelio leprosis de libello
repudii marci x° Quid vobis precepit moyses et tamen re vera
non preceptum sed promissio fuit Valde multi errores orti sunt
ex scriptura sancta male intellecta ab hominibus qui non scien
tes distinguere notas precepti qui faciunt preceptum quod non
dixerunt preceptum ubi non est dimissa specie preceptorum aut
vires aut ignorantes eius distinguere nescientes fecerunt
districtionem precepti ubi non cadit tanta vel talis restrictio
et huius stateris dolosis quod non erat tanti ponderis
graviter appenderunt nisi enim ista attendantur et distin
guantur facile est impingere scripture sancte et dictis doctorum
et imponere xpianis onera importabilia ut vinctis in errore
res quod volo per aliqua exempla declarare
Ecce legimus in ewangelio quod dominus noster ihesus xpus lavit pedes
discipulorum et dixit exemplum do vobis ut quemadmodum
ego feci et vos faciatis ego lavi pedes vestros dominus et magister
et vos debetis alter alterius lavare pedes Dicamus ergo
quod omnes de populo xpiano tenentur alter alterius pedes lavare
quia hic expressa nota precepti dum dicit vos debetis
et certe ille actus solet vocari sanctum mandatum et textus i° de
Pe. dist. in sanctis dicit inde namque cene d. Universalis
ecclesia propenitentium reconciliationem sacro confectam crismate
ad implendum mandati ea lectione Ecce textus evangelii est nota
precepti Ecce non solum doctores sed textus canonis qui
hoc appellat mandatum sed et tota universalis ecclesia in
communi locutione/ arguat ergo aliquis et dicat ecce verbum
debetis quod est necessitatis et nota precepti xpus sic practi
cavit et etiam in primitiva ecclesia sic practicabatur quod

Satis probatur per illud j° ad thimot v ubi apostolus paulus
ponens condiciones iudicie eligende dicat si sanctorum pedes
lavit Item xpistus dixit nisi quis renunciavit omnibus
que possidet non potest meus esse discipulus luce xiiii et
ipse sic practicavit et apostoli et primitiva ecclesia ut actuum iiii
ergo de precepto xpisti est ab renunciare omnibus quibus
bonis temporalibus et sequi xpistum in paupertate ewangeli
ca allegare possum ad hoc in iure Omnes super gentem
ubi dicit nisi quis renunciavit omnibus que possidet
preceptum xpisti esse discipulum quem videt aliquid possidere
Item preceptum dei sunt gen ix et deut° xii non comedere
sanguinem quod etiam sunt decreto apostolorum firmatum act
xv et ecclesia longo tempore post servavit ut in
interrogationibus sinodalibus et burcardi li xlv ubi
sic dicit Interrogandum est si aliquis sanguinem
aut dilaceratum abestia comederit ergo dicamus
hoc preceptum dei esse et ligare omnes transgressores ad
penam peccati Et quia de veteri lege incepimus facere
mentionem dicamus ergo de circumcisione de qua
terribiliter clamat vox divina xvii gen cuius preputii
caro non fuit circumcisa peribit de populo dicamus ergo cir
cumcisionem esse servandam sicut aliquando heretici olim dixe
runt et quod paulus non potuit legem tollere dei quia
non est apostolus maior eo qui misit eum vel quod si de
gentibus hoc dixerit paulus quia non erant de
semine abrahe saltem qui de semine abrahe sunt circumci
sionem cum baptismo servare tenentur Quid dicamus
de observatione sabbati in decalogo et per discursum
legis divine tam seriose repetita septima die designa
ta videtur quod ipsam nemo potuit ymitare Et si colenda
est dies dominica propter resurrexionem xpisti colatur etiam et sabba
tum propter preceptum xpisti sicut ante xpistum predicatum
est ut dicit beatus gregorius scribens adversus quosdam perver
si spiritu homines qui die sabbathi aliquid operari pro
hibebant ut habetur de con di 3 c pervenit
Sed evertamur ad novum testamentum dicit math v ego
dico vobis non iurare omnino ergo habeamus pro
precepto omnino non iurare quid dicamus de illo luce
vi° diligite inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt
vos et qui percusserit in unam maxillam et prebe ei alteram

di ab eo qui aufert tibi vestimentum etiam tunicam noli pro
hibere / omni autem petenti te tribue Et ab eo qui aufert
que tua sunt ne repetas Et sequitur ibi Et prout
vultis ut faciant vobis homines ita vos facite eis similiter
Et ita diligite inimicos vestros et benefacite et mutuum
date nichil inde sperantes Et iterum luce xij nolite
soliciti esse quid manducetis aut quid induamini
Et primo vendite que possidetis et date elemosinam
et quod hoc ultimum sit preceptum videtur consona Cipri
ani in epistola de catholica unitate ubi postquam nar
ravit quod in primitiva ecclesia vendebat predia et
precia ad pedes apostolorum ponebant subiungit nunc de
patrimonio nec decimas damus Et cum vende
iubeat dominus emimus potius Etiam quod dicat iubeat
dominus etc et Augustinus illa percucienti maxillam etc
Et si quis auferat tunicam etc Precipit dei precepta
in sermone de puero centurionis xxiij q prima paratus
Et Gregorius super ezechielem omelia viij dicit quod cum divina
mandata precipiant bene nos latet hijs qui nos
oderunt Et Bernardus in libro de precepto dispensatione
dicit non furaberis est mandatum divinum similiter
omni petenti te tribue Et Ieronimus ad pagagium in
apologetico et est per proponentes allegatum Ibi
libet apostolus in alio loco ut semper oremus si semper
orandum est numquam est tempus serviendum Et
ita hoc confirmans dicit nobis cura non est quod unus
quisque possit aut velit sed quid scriptura precipiat
dicit discurrendo per sacram scripturam et doctores
poterimus multa similia et quod doctores sancti
ea que sunt consimilia perfectionis vocat divina
precepta Propterea inspiciatur non sine causa po
sui multis testimoniis confirmari quod scriptura
sacra non equalibus intelligitur primo nisi spiritu sancto
docente verus intellectus non habetur quod spiritus sanctus
per christum promissus ecclesie quod omnem veritatem docet
ecclesiam suam docet et instruit Unde in primo generali
concilio ab apostolis ierosolimis super legalibus celebra
to dictum est / visum est spiritui sancto et nobis / act. xv° c
et licet nullam vocem de celo sonuisse legimus ausi
sunt dicere visum est spiritui sancto non dubitantes

a spiritu sancto et quod circa fidei materiam cum conclusione
secundum illius sacri concilii fuerat diffinitum. Unde in cano
ne xxv q. i sunt qui violatores canonum dicitur quod
in instinctu et dono spiritus sancti sacri canones sunt
dictati. Hic docuit ecclesiam precepta legalia quam am
plius non ligare ut auctoritate proxime allegata. Fuerunt
tamen ad hunc mortifera esse et post aliqua tempora quibus
essent mortifera. Iam spiritus sanctus docuit ecclesiam in
telligere quod preceptum illud adeo datum a lege "crescite
et multiplicamini" etc. sic comprehendit totam speciem
generis humani quod non omnes et singulos ad ipsum implendum
astringit. Unde non est reprobandus status continentie
propter regnum celorum assumptus. Idem etiam spiritus sanctus
docuit ecclesiam distinguere de observatione sabbathi
inter illud quod est morale et quod est misticum
et quo et quare ad misticum de sabbatho ad dominicam
propter mistice significationem debuit transferri. Docuit
etiam cognoscere notas precepti qua et qualiter
vim habeant et quatenus illi eorum distinctio se
extendit distinguere inter consilia precepta speciali
et quali mensura sint sub necessitate complenda
et aliqua sint ab ecclesia adimplenda alia aliquibus
et qualiter ab utriusque status diversitate et aliis
circumstantiis consideratis. Etiam quod ex illis que ad
Christi discipulos dicta sunt quedam ad sacerdotes tantum
pertinent quedam ad omnes fideles. Nam sicut conditor
orbis mundi sapientia divina prius omnia in confuso
creavit postea distinxit et in productione rerum
vegetabilium cum omnia sint simul in semine sen
radice postea quedam virtus formativa distinguunt
in radicem ramos folia flores et fructus vel huiusmodi
secundum varias rerum species. Sic ea que nos et filiis suis
in lege nature tamquam quibusdam primo humanis
sensibus et postea que apostolis tamquam sensibus
spiritualis legentis ampliorum populi christiani data
fuerint spiritus sanctus in varios status conditiones
et personas vario modo applicandi distinxit et
per os ecclesie propalavit

Post predictas duas suppositiones proponens dicit pelados

et distinguendos ex textu sacre scripture secundum expo
sicionem sanctorum doctorum antiquorum et modernorum
ex quibus dicit quod concludetur propositum
eorum scilicet manducacio et bibicio sacramentalis
est a xpo instituta et precepta et non non adiciunt
quibus forte sic dicit sed non sine causa dispo
suit quia quod eccle sit per suos sacerdotes
facere precepit non est ab re. Et hinc sine
bene conveniret emendacio illorum sex que statim
subiungit dicentis panem accipite benedicite
frangite alijs date ipse met comedite et bibite
et sic deinceps id est ipse panis dicit alijs date
sed de vino secundum hoc inmitino vos bibite hijs etiam
bene conveniunt quod ita idem proponens concludendo
dixit quod xpus instituit toti ecclesie commune sed illud
toti eccle collective dicta videtur sic quod verum
quod tota ecclesia per ministros publicos scilicet sacerdotes
et eum licet solus sacerdos celebrans sumpserit
nichilominus dicit sumpsimus domine quia per eum tota
sumpsit. Unde albertus in libro de corpore xpi parte
prima ubi prosequitur canonem misse tractans
illam oracionem Quod ore sumpsimus pura mente
capiamus dicit ore sacramentali manducacione
sumpsimus ego et omnes fideles pro quibus ego
sumpsi Et sic semper illo fidei michi et omnibus
sumentibus dicit sine virtute sumat ut demum
sine voto aut populus sine spirituali sine sacramentali
manducacione sumentibus Et innocencius
tractatus de missa exponens illa verba Unde
et memores domine servi tui scilicet et plebs tua et que
offerimus etc. dicit nos servi tui videlicet sacer
dotes et plebs tua sed secundum populus quidamus namque
quod populus agit tota sacerdotes peragunt
ministerio Et alij doctores exponentes canonem
misse dicunt. Unde etiam ex ipso canone misse
patet quod omnes clerus et populus tota ecclesia sumit
corpus et sanguinem xpi quo quilibet sacerdos
celebrans sumit et offert quo ille offert quod
videtur ad hunc magis et hoc est in ipso.

canone expressum Et primo dicit proponens inducit ad hoc illud Mt xxvi Cenantibus illis accepit ihesus panem et benedixit dedit et discipulis suis et ait accipite et comedite hoc est corpus meum Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens bibite ex hoc omnes hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum Et idem ponit Mr xiiii et Luc xxii ubi ad propositum ponit hoc facite in meam commemoracionem Et subiungit dictus proponens quod hoc verba dixit xpus precipiendo cum dixit facite quasi diceret ad ista sex vos facite panem accipite benedicite fragite quarto aliis date quinto ipsimet manducate et bibite et sexto conficiendo dicite hoc est corpus meum hoc proponens in forma in quibus vellem advertendum occurrit Primo qualem ordinem ponit quia textus ponit illum in quarto loco ponit aliis date et in sexto conficiendo dicite hoc est corpus meum Et sic usus sacramenti est per xpus confectum quod nullo modo est possibile Item si intelligit quod omnia illa sex sunt in precepto singulis de populo xpiano credo quod hoc non intelligat unde notandum est quod sub una non tamen precepti est distinctio facienda ut non omnibus idem et eodem modo competat Deinde et si illa sex que posuit etiam in sacerdotibus putet necessario servanda in administratione sacramenti haberemus aliam novitatem videlicet quod cum xpus ex uno pane per fragmenta frangendo singulas partes singulis apostolis ministravit et ita fieri precepit et ecclesia primitiva longo tempore servavit apostolis primo ad corinthios x et panem quem frangimus etiam usque ad tempora beati gregorii ut patet in eius legenda et illud sit necessario faciendum videlicet quod unus magnus panis consecretur et per fragmenta frangendo distribuatur communicantibus sicut xpus fecit et ecclesia primitiva servavit quod tamen non fit tottidie videmus sed per distinctas hostias

Deinde ad probandum quod per verbum facite

intellexit xpus non solum consecratum sed eciam acceptum
manducatum et alijs donatum ut patet ex glo
interlineari luc xxij super verbo hoc facite dicit
i. accipite et alijs date Et subiungit proponens
quod est intelligendum de prima et hec per
ista glo vel addicio quam proponens facit ad
glo non probatur nec per glo illa nec per
textum quia in textu ita legitur accepto pane
gracias egit et fregit et dedit eis dicens hoc
est corpus meum quod pro nobis tradetur
hoc facite in meam commemoracionem ubi e
hoc facite et post sequitur in textu similiter et calicem etc
Sic ergo allegata glo non probat illud ad quod
allegatur sed neque alia que subsequenti allegat ut
in sequentibus apparebit. Sed iuxta eum modum
declarandi et distinguendi materias pertractando michi
videtur aliquantulum passus iste et eciam tota materia
proposita per dictos proponentes in tribus con-
sistit sed in auctoritatibus trium ewangelistarum
tenuum dudum recitatarum et pauli similiter prima
ad corint xj° 2° in illo Joh vj nisi manducaveritis etc
3° in originalibus seu dictis sanctorum et canonum qui
ad hoc allegantur Videamus et examinemus
primum quod erit an ex illis verbis ewangelistarum
et pauli possit concludi preceptum xpi ad communicandum
plebem sub utraque specie Et videtur stare ambo
in hoc quod xpus dixit accipite et manducate
et bibite ex hoc omnes ut Matheus inserit Marcus
autem dicit sumite hoc est corpus meum de calice
vero non ponit aliquod verbum imperativum Similiter
neque lucas quod tamen hic ut predictum est super prefate
dicit hoc facite in meam commemoracionem Et de ca-
lice non repetit Paulus vero dicit accipite et man-
ducate hoc est corpus meum quod pro nobis
tradetur hoc facite in meam commemoracionem
Similiter et calicem postquam cenavit dicens
hic est calix novi testamenti est in meo
sanguine hoc facite quocienscumque sumitis
in meam commemoracionem Mira res est et plus
quam mirabilis si per hec verba inducitur
illud christi preceptum quod proponentes v

Intendunt q tanta multitudo doctorum et sanctorum virorum que fuit in ecclesia dei hoc non advertissent cum tamen in ecclesia dei frequenter allegantur et audiantur a multis doctoribus glosata sint postillata et pertractata et q nullus hoc viderit aut intellexit incredibile esset et plus quam incredibile plane nullum qui hoc sciat ipsa asserunt ita dixit produxerunt Sed eorum producti sunt plures preterea videmus q tota ecclesia errasset consensibiliter in doctrina xpi per tot annorum curricula quod abhorrent xpiane aures audire et esset contra capitulum a recta [illegible] et contra ea que ipsa proponens in proposito suo in prima congregatione huius sacri concilij in ecclesia cathedrali dixit ubi si bene recolo eciam dedit canonem et alia multa ad hoc allegavit quod ecclesia errare in xpi doctrina non potest quia fundata est supra firmam petram ut late de hoc dicit Johannes Crisostomus in quodam sermone de penthecoste et multi alij sancti doctores hoc dicunt

Sed nunc discuciamus ipsa verba videamus ubi est nota precepti dicit perexponentem ut premissum est in eo quod dixit hoc facite scilicet quod ego feci [illegible] Nunc videamus si intelligitur factum cum tota circumstancia per verbum hoc facite vel simpliciter essencia facti Et si per hoc verbum apostolus dictum venerit preceptum ad plebem sic faciendi sicut xpus fecit Contra primum si dicamus q veniet facere cum tota circumstancia facti hoc non potest Quia multa inconveniencia sequentur quia oportet cenare et cenare post cenam ut premissa probatum locacione quia sic xpus fecit oportet dividere per fragmenta quia sic xpus fecit de quo iam supra dictum est Sed dicamus amplius xpus confecit sive in azimo aut in fermentato quia non duas panes sed vinum tamen accepit uno ergo si consuetudinem imitacionis placebit hoc facite restat aut q greci non conficiant aut latini tunc contrarium determinat [illegible] et alij doctores sequitur q amplius non constat ewangelij neque pauli quod xpus posuit aquam in calicem

unde pascasius in libro de corpore christi titulo xxi in calice aqua miscetur vino ut natali nunc sum sanguis legatur. Et sequitur illa per maxima quod ... de lateris ubi completur passio sanguis christi et aqua emanavit etc. Unde doctores cum ... ardo predicto et aliis inducunt aquam esse miscendam ex consuetudine ecclesie precepti tamen non misceri ut dicit petrus de palude super quarto sententiarum ubi de ista errore articulo
nō vii q. ii. Nunc videamus si sine mixtione aque quis celebraret utrum conficeret videtur quod non si vinum tantum quod christus miscuit vel si christus non miscuit tunc certum non facit quod christus fecit. Quod tamen conclusio doctorum est quod aqua miscenda est et tamen si non miscetur nichilominus verum sacramentum efficitur quod tamen alio est verum si per illa verba intelligeremus sensum eo tota consuetudine quulta quia absurda ex tali intellectu sequerentur. Unde non est sic sentiendum Sed sicut quidem venerabilis et magne religionis doctor arnulphus ad consultationem cuiusdam lamperti querentis Cum hodierna die consuetudo ecclesie constat porrigi corporis domini aliter quam a domino in cena discipulis fuit distributum iam ante multa annorum curricula legitur scripsisse Redemptor inquit noster veniens in mundum quia propter hominum salutem inter homines apparuit quecumque reparacionem humane infirmitatis abtanda sententia forent providit sicut aporte vidit in sapientia sua ista ab omnibus fieri et esse voluit in ecclesia sua hec que facienda erant eis cum quibus conversari dignatus est verbo et exemplo insinuavit Certum que facienda erant modum preficere omittens hinc esse videtur quod ait hoc facite in meam commemorationem non ait hoc modo facite Et alibi ait baptisate et aut hoc modo baptizate semel aut ter in mergendo non ait sed unum facite trinam toties quare insinuasse videtur ecclesie modum ex causis variatum accedere posse sicut ex hoc experientia in multis coprimus quia discipulis post cenam nobis vero ieiunis traditur hoc alle Non in corpore quidam vir arte doctus docuit in mersione scitudine posuit

de qua quod sit de necessitate quod sonare videtur
aug. contra aplorum sententiam et pelagii ipse qui dicit
hoc est ewangelistarum preceptum ut supra dictum
et tamen statur de hoc consuetudini ecclesie
ut Et greci diffiniunt ymo quod obliviscendum
non est licet trina immersio tantorum sit auctoritate
firmata et propriam et expressam habeat significationem
dominice sepulture Et quia dicunt apostoli consepulti sumus
xpo et quod triduane reputatur nos possumus
saltem trina immersio significetur in nobis
tamen Sinodus tolletana hoc prohibuit observari
ut refert beatus ysidorus in libro conciliorum recte
ergo presumitur doctus vir et magne religionis
optime dixit quod xpus dixit hoc facite non
dixit hoc modo facite et baptizate non ait hoc
modo baptizate semel aut ter in mergite quare
insinuasse videtur et modum ex causis rationa
bilibus veritatem accidere posse His concordat
dictum beati aug. quod habetur decretum di. ii. ideo
si legitur liquide apparet quod primum acceperunt
discipuli corpus et sanguinem domini non eos accepisse
ieiunos quidquid tamen propterea calumpniandum
est universe ecclesie quod a ieiunis semper
accipitur Ex hoc placuit spiritui sancto in honore
tanti sacramenti prius in os xpiani dominicum
corpus intraret quam ceteri cibi nam
ideo per universum orbem mos iste servatur
neque enim post cibos dominus dedit propterea pransi
aut sicut faciebant quos apostolus redarguit et
emendat mensis suis ita miscere Nam quo salvator quo
vehementius commendaret misterii illius alti
tudinem ultimo hoc voluit infigere mentibus et
memorie discipulorum quibus ad passionem digressu-
rus erat et ideo non precepit quo ordine deinceps
sumeretur ut apostolis per quos ecclesiam dispo-
siturus erat servaret hunc locum Nam si hoc ille
monuisset ut post cibos alios semper acciperetur
credo quod eum morem nemo variasset Cum ergo
ait apostolus de hoc sacramento loquens propter
quod fratres cum convenitis ad manducandum

Invicem expectate si quis esurit domi man
ducet ut non ad iudicium conveniatis statim sub
iunxit Cetera autem cum venero ordinabo ubi
intelligebat quia multum erat ut in episto
la totum illum agendi ordinem insinuaret quod
universa per orbem servat ecclesia ab ipso
ordinatum esse quod nullarum horarum diversitate
variatur patet expresse allegatis quod verbum hoc
facite comprehendit fiant cum tota constancia sunt
ut dicantur hoc facite et sicut christus fecit et
hoc sunt philosophorum in dicto et liquide patet per hoc
verbum hoc facite apostolus dominum venit preceptum
ad laycos ut hoc faciant quod christus fecit sed
tamen apostolis preceptum et potestatem recepit ecclesia hoc et de
clavibus libro ~~augustinus~~ xxiiii q. i. c. quodcunque ligaveritis
expresse dixit et alii doctores cum hoc concordant
ut de lima cum dicit Coniungit ecclesie usus sacramenti
ecclesia ergo que potestatem et preceptum recepit ipsum
exercet et implet per ministros dispositores et ordinatores
suas quas spiritu sancto qui eam nunquam deserit
suggerente disponit per benedictam ad hoc dei ~~libro augustinus~~
ad ophesim quod ponit sanctus thomas in glo/ continua
super evangelium marci in capitulo ubi dicit quo autem
pacto ab apostolis est predicatio ista completa quando
ad huiusque sunt gentes in quibus modum cepit
et in quibus modum cepit impleri non utique hoc
mandatum est adeo tamquam ipsis solis quibus tunc
loquebatur tamen nunquam erant impleturi sicut
eis solis videtur dixisse Ecce ego vobiscum sum
usque ad consummationem seculi Quod cum ecclesie universe
ecclesie promisisse que aliis morientibus huiusque
in seculi consummationem futura est quis non intelligit
hoc augustinus dicit ergo mandatum illud apostolis dom
ite predicate ecclesia accepit in ipsis et promissione
Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi
sic et preceptum istud hoc facite in apostolis accepit
ecclesia Et sicut illud non passim per quoscunque nec
omni tempore et loco sed sub ordinatione et dispensatione
ipsius ecclesie exercet et implet ecclesia Ita et illud

cum illa promissio assistente spiritus sancti quod de qua
supra dixit ~~deus~~ in eo semper est et erit usque ad con
summacionem seculi per spiritum sanctum doctur dirigitur
et administratur ecclesie aut quod est de talibus dis
ponere que apud sancto ~~heim~~ docta hom inuta
fuerint prohibendo ne post cenam communicat cum
tamen xpistus instituit ipsum sacramentum Unde et
antiquitus in memoriam domine cene quolibet
anno in die cene celebrabatur post cenam
sicut est tex in capitulo sacra de con. di. ii quod
postea est ab ecclesia inmutatum prout dicit
in glo quod derogatum est per consuetudinem
ecclesie Et idem sanctus thomas super quarto sentenciarum
di. viii. articulo iiii q. i. Sed in forma conficiendi
quod in tex ewangeliorum nec paulo legitur maxime
circa formam calicis de quo in c. Cum marta
de celebracione missarum quod certe videtur ex nig...
quia forma est que dat esse rei Tercio nunc de forma
baptismi a xpisto tradita et ab apostolis propter mutata
ymo eciam post apostolorum tempora iam per determinatorum
modum ... que habetur in decretis de con. di. iiii
c. a quodam est de hoc latissime per ... sentenciarum
in iiii di. iii statim post principium Et dico quod nunc
sicut sanctus Thomas dicit super quarta di. xxviii quod
ecclesia nunc eandem habet potestatem quam habuit ecclesia primi
tiua Sed dicetur latinus si opus sunt quod amplius
ecclesia huius sacramenti materiam significauit ut panis sit
triticeus et azimus et in calice vinum et de aqua
sit modicum cum ritum cominandi populum aliquo
modo fugiendo distribuit ut debitum est nunc fune
no frangendo sed porrigendo distinctas hostias
aliquando ut patet ex decreto Concilii Turonensis sicut habetur
ex brocardo li. v. c. x Sacra oblatio dabatur intincta
quod mutatum fuit et prohibitum est ut in c. eo
ome ... de con. di. ii Et ibi glo de decreto ...
Turonensis facit mencionem causam aut huius pro
hibicionis In nostro possunt in tractatum de missa ut
supra iam dictum est videlicet de extirpando heresim
que asserebat xpistum non esse totum sub utraque specie
Et certe ista racio bene facit pro consuetudine

cane vne habetur. Item ecclia aliqn ad fermitatem
se visibilit et vtroq modo posse fieri a doctoribus
declaratur prout ordinatio eccle se habebit cu th
xpus no fecerit vtroq mo s. aut maximo cu fermitate
Certum preterea ratione predictorum quicumque est cum
et xpus qui aplis dixit hoc facite etc ipse
eisdem dixit predicate et baptizate cum ab eode
et eisdem hec tria data sint et precepta vnde est
hoc quod vnum conueniat sacerdotibus tm ita quod a
laicis nullo modo possit fieri et si attemptarent
nichil agerent videlicet conficere aliud quoniam sacer
dotibus tm. Sed predicare laici tn si predicarent nichilo
minus si vera dicerent ewangelizarent quod tamen
in ecclia primitiua licite fiebat a laicis viris et muli
eribus ut marthani et theclam legimus predicasse
Et btus ambrosius dixit super epla ad ephe ut
cresceret plebs et multiplicaretur omnibus mi
nus concessum est ewangelizare et baptizare
ac scripturas explanare ac ubi omnia loca complexa
fuerunt et in eccla conuentus constituti et rectores
eccle in officia in eccla ordinati sunt quia
si omnes ordines possent irrationabile esset et
vulgaris res et vilissima videretur hec ille
Tertium autem scilicet baptizare efficaciter fit a laicis
et ubi periculum imminet debent hoc laici facere
Cum ergo sicut dixit btus Ieron hoc ab eode
et eisdem sub eadem sponsione vtraque sint
videtur de altero vtroque intelligendum. Vnde ergo
venit ista distinctio certe non aliunde nisi ab
ecclia que a spiritu sancto docta que minime
et quodam modo confuse data sunt specificat
declarat limitat et interpretatur. Vnde non
sine causa xpus dixit quod spiritus scs suggeret
quecumque ipse dixit spiritus sanctus ergo suggerit
et per doctores eccle hec distinctiones faciendo declarauit
Sed iam videamus prosequamur que per
doctores proponentem allegantur et videamus
an probent propositum Primo loco offert quod sacerdo
tes a quibus vbi dicitur quod sacerdotes qui eukaristiam
seruant et sanguinem domini populis diuidunt

que ille textus prohibet preceptum omnes uidemus quia
dicit quod ex precepto xpi hoc debent facere sed forsan ex precepto
ecclesie uel aug sed simpliciter dicit qui sic sed nec responditur
hic Jeronimi hoc tractari quod patet per uerba que sequuntur
Cum sequitur Jn legem xpi agunt nimpii putantes
pro imperantes tamen uerum faciunt non uitam sic ergo re
prehendit sacerdotes male uiuentes et inelonming
ministrantes et ad propositum nichil facit non magis
quam si dicit uidue que castitatem uouent et postea
nubunt Jnpie agunt quia primam fidem irritam faciunt
iuxta dictum pauli i ad thi v et xxvij q i uiduas Et ex
hoc uellem probare uiduas uouere castitatem esse de
precepto xpi Vel dicerem qui ieiunare cottidie a cibis
sed non uiciis parum prosunt et ex hoc uellem probare ieiu
nare cottidie esse de precepto possem multa similia ex
deducere Ad dicta uero sancti thome non est opus respo
dere quia ipse met sibi respondit et declarat mentem
suam ut superius est declaratum deductumque et allega
tum in ultima parte q lxxx ar° xij allegatur quod sequitur
in ar° sequenti necesse ex iis sequitur illud articulum quod
proponens uult inferre et dicit satis esse forte quod
enim si sibi concedatur illud quod quod apostoli sunt pre
ceptum manducare et bibere sacramentaliter sequitur
ergo quod et omnibus de populo certe ista quia non
est bona ut est supius declaratum quia idem esset
de officio predicandi aperi uos sed nunc ergo retorqueo
eius uerba contra eum tamen infra statim subiungit preceptum
de quo supius satis dictum est Ad idem et sequencia
dicta sancti thome ubi solum potest notari illud quod
dicit preceptum pertinet ad communem sed non dicit sub
utraque specie Et ideo tamen proponens subiungit subaudi
utriusque speciei id habet de capite suo quia sanctus thomas
non dixit Jdeo restat probandum nec obstat illud quod
in principio non dixit sed postea adiecit illud primo ac lo
do hoc fecit festum magnum quod apostoli tunc fuerunt
laici qui xpistus eis dixit accipite et manducate
Et ad hec in summa parte allegat dictum wilhelmi
de monte laudis in sacramentali sed non aduertit
quod idem wilhelmus postea infra quod determinat contra
ipsum sed inelonming uideamus ergo de hoc aliquid plus

dici laici apli qui cla erant apli et nominati et missi ad
predicandu et baptizandu et acceperant ptatem de
monia eiciendi et infirmos curandi ut hoc eva
ngeliste testantur mt x marci vi et luc x et xi et
nunquid non erant in statu perfectionis qui relinque
runt omnia et secuti sunt xpm Sz ut textus evange
listarum supra ma tenear cum cor doctorum sana constat
clare q tunc fuerunt sacerdotes su per hoc verba facite
hoc in meam commemoracionem per que sunt eis data ptas
hoc faciendi et iux glo per proponentem allegatum et
alijs dandi qui dicit pe q qu signifiaccionis simplicerat
erant adhuc laici nam sm textum luc ubi dicitur po
sita illa glo illa verba hoc facite fuerunt dicta ante
potacionem calicis Consideramus ergo glo cum textu
si dicat hoc facite i. accipite et alijs date Si aut
aplos dicimus laicos ergo laicis competit alijs dare
quod nullus concedet Sz si aliquis dicet q non
per illa verba hoc facite pmus dici fuerunt facti
sacerdotes sz per illa iohis sequencia iux paulum
post sedam spez tunc non est vera illa glo pmo allega
ta per ipm proponentem que allegatur sup lucam
ubi reputatur illa via e qua sequitur q laici habent
ptatem alijs dandi Sz sane intelligentibus illa
verba simul dicta uno contextu no inducunt uni
versitatem sz est veritas q uno et eodem actu
et sermone continuato ptatem acceperunt conficiendi
preceptum de sumendo et ut pdictum est in pmis
Secundo ergo dicimus ad Guillhinum de monte laudis
dictum q illa verba sic considerata no obstant
nisi cum velimus attenderet et intelligere considera
ciones doctorum et modum loquendi facile de eo
nunc in eis circa ille doc sic dicat ad hanc qui
cum xpus manifeste usus fuit hijs verbis et
constat eminencius q aliqui dicant q alijs sanctis
verbis xpus confecit sz illa verba dixit quando
eciamus ministrant aptis ut simplicibus laicis
Ecclam et verius dicitur q xpo eisdem verbis
confecit exprimendo hoc verba et conficiendo
ministravit et ministrando confecit exprimendo
hoc verba ut sit duplex actus et uno instante

effitiat ar/ sup de elec. Cum igitur vniuersas vnde
hec notabilia spe primo quia in hoc sacramento xpus fuit
sacerdos in eo quod confecit Item sacrificium in eo
quod corpus suum Item minister in eo quod ministrauit apostolis
ff de sū in c. qt amo Item apostoli fuerunt primi laici
in laicali persona tonsuram accipiendo ut ff de officio
ordinariorum si sacerdos in fine Item xpus fuit ibi episcopus
in eo quod apostolos promouit in sacerdotes ut dixit
eis hoc facite in meam commemorationem hoc ibi
quere iam non videtur quod iste doctor faciat con
sideracionem secundum respectus ad actus et faciat xpum sac
rificium et ministrum et episcopum et etiam si bene intelligis
sacerdotem numquid ergo dicemus quod dicat quod
xpus fuit minister ergo non sacerdos certe non sed quo
libet actu constituerat quod illi actui pertineat et
talem faciat attribucionem adeoque quia sacerdotis
est conficere et ministrare et per se xpum sumpsisse
nec aut de manu alterius sumpsisse sed dicit esse re
putatiue personam laicorum quia eo xpo suscepimus sa
cramentum et hoc bene probat tex. quem allegat
quia loquitur quod sacerdos ministrat ipso cum
sed etiam aduertamus ad verba supradicta
quia dicit qui corpus ministrauit ut simplicibus laicis
Nota verbum ut sic etiam episcopus aut sacerdos in infirmi
tate constitutus reciperet corpus de manu sacerdotis
dicemus quod recipit ut laicus non ut sic episcopus vel presbiter
hoc tamen multa dicta sunt de isto doctore de qua
ut predictum est tamen festum fecerunt Sed aduertant doctores
antelius questione in primis finis cum eos terminauit
sicut est superius allegatum
Consequenter dictus proponens allegat glo. or.
super leuit. ix quam glo. volui ostendere ut videatis
quid dicat glo. tex. Ita dicit tollite vitulum propter eo
vitulum atque agnum Sequitur in textu hodie enim dominus
apparebit vobis in glo. i. indie pentecostes. spiritus sanctus
apparuit et est bona instruccio quia ut sequitur
in textu illo die descendet ignis de celo super
holocaustum Deinde sequitur in tex. tulerunt ergo cuncta
que iusserat moyses ad hostium tabernaculi ubi cum
multitudo staret ait moyses iste est sermo quem

qui apostoli representabant primi
laycorum

precepit dns facite et apparebit gloria dei eius Et in c
glo communans institucionem predicationis de adventu spe
sancti in die penthecostes dicit sermone uno a re
preparatam hoc facite in meam commemoracionem sermo
nem autem dicit quia plus in sermone consideratur
ut consistit huius dispensacio maxime divino verbo
eo que apparent in aliud manus et intelligibile
reliquerit Valde et de mano aut hic est panis quem
dedit nobis dns hys ergo significat quia mitte
rent sancti illis congoembus et divina cena celebra
tibus advenit spiritus sanctus omnis omni dies dudum
quos apparebat aptus sacra celebrare misteria
quorum sequentes traditores divina diem divino
concreditibus deputamus Similiter et xpus
post resurrectionem per instituta cena et panis
fractionem nemnung manifestavit hec glo et est intege
nuo spiritu quam determinatam quibus ita non
unde quod de celebracione sacerdotum loquitur tota glo
intendentes quod dum celebrarent missam apti venit
super eos spiritus sanctus
Sed notanda et tanda illius glo per quam patet
quod panis quem xpus dedit duobus discipulis
in emaus fuit mistica cena a sacramentalis
per quod probant aliqui doctores communionem sub
sola specie panis tunc fuisse a xpo fuisse practi
catam ad quam allegat etiam aug de concor
dancia evangelistarum ne agnosceretur appo
sita promissio usque ad sacramentum panis et uni
tate corporis eius et participatam cenam non
intelligatur impedimentum inimici ac xpus possit
cognosci Item theophylus super illud textum sed et
aliud addit quod sumentibus sacrum panem aperi
untur oculi ut eum cognoscant magnam enim
et ineffabilem vim habet caro xpi Sic ergo in
duatur ex istis glo aug et theophyli quod xpus
ipse met practicavit communionem unius speciei sed sub
sola specie panis et ad hoc est etiam glo or sup luc c finali
Dlatet aut quam statim subiungit allegando
dictum apli primo cor xi quod illa verba veritas
xpi quam apli quia unum est quod in illis verbis apli

pauli non plus habemus quia narracionem dimittere tenemur
Unde nicolaus de lira super illo verbo novi testa
menti dicit paulus cum et evangeliste tendebat
veritatis verba que pertinet ad historie narracionem
unde non videtur arguere ex hoc quod paulus toti populo
corinthiorum illam epistolam destinavit quia et si mu
lieribus solis esset narranda cena dominica esset
dicendum quod xpus dixit apostolis hoc facite in meam
commemoracionem sed ideo hoc non est mulieribus
dispositive dandum et quod legitur xpi passio omnibus
audientibus referuntur verba xpo dicta iude
et pilato et ceteris non tamen dignitur est dispositive dandum
Ad reliqua vero dicta que subiunxit doctor propo
nens iam superius est responsum et tamen allegacio
eorum in eo quod non probat propositum suum recipiet
enim ubi ex intencione determinavit questionem
loquitur eorum enim sicut fuit pridie productum
Post hec allegat ciprianum epistola 2a que non
erat allegganda quia non loquitur de hac materia
sed de mixtione aque ad vinum in calice quam
materiam ibi late prosequitur ciprianus et nisi in
telligamus verbum precipitur largo modo aut di
camus quod loquitur per yperbolem sicut sepe solet
reperiemus multos doctores eciam in illa materia
contra ipsum qui dicunt mixtionem aque in calice
non esse de precepto xpi et ideo non semper ubi re
perimus doctores antiquos dicentes preceptum
vel precipitur debemus intelligere de precepto xpo
modo scripto sicut et superius est dictum Nam 2
beatus augustinus circa principium libri de doctrina xpiana
sunt precepta quedam tractandarum scripturarum et tamen
et tamen sine illis preceptis habetur salus et
intelligencia scripturarum Sed doctores multociens
dicunt preceptum et determinacionem dogma seu doc
trina non esse districte obligant sed in sensu ad aliquid
Ad instanciam iohannis super ista quantum inducit
dabitur visio cum tractabitur illa auctoritas nisi ma
gis deamicitis est quia ad primum pertinet
Ad reliqua que sequuntur de p de palud et
aliis non est opus respondere quia nec utique

et de intencione ipsorum doctorum quod in principali questione
senciant aliquam partem quam predicte persone fuit et ideo
non est multum festinandum de eorum dictis per hoc
quod iniungitur ecclesie hunc latinum usus in aliquibus
libris non est in usu sed innuitur sed et si sit
quod iniungitur dic ecclesie non dic populo laicali sed
contrarium apparet in decretis et alibi supra et dominus
Post predictum item allegat eundem dictum pauli in
glosa eius ubi dicit omnino quod de quibus
non est disputandum sed auctoritati sapientibus
acquiescendum Unde autem hoc non proprio aut
si non debentes salerciam requirat sed sapientes
auctoritas attendatur. hec glosa autem quam allegavit
et tota circa et inde tenenda quod non
est disputandum sed auctoritati sapientibus acquiescendum
Sed circa infra ille magister proponens inserere
nititur ex glosa illius pauli quod illud verbum proprio
relatum ad inferiora conduit concione duplicatis
speciei de precepto in hoc cum bona pace loquendo
de violencia infert glosa. Illud glosa supra verbo
hoc autem precipio primum quia dicit ea que
ipse supra allegabit contra dicit hoc autem quod
dictum est est de velandis capitibus ego precipio
servans auctoritate precipientis ut apostolus dicit
etc. glosa sequens supra verbo non laudans
ita dicit post quam egit de velamine capitis
ubi plurimum auctoritate desudabat incipit agere
de domini cena in qua ipsi idem multum
peccabant quasi quod dictum est de velando vel
non velando capite precipio utique non laudans
sed improbans quod non conveniatis ad dominicam cenam
non in melius ut deceret sed indecentius a non
ad usum perfectionis sed ad detrimentum dampna
tionis quod ex pluribus patet inducit hec glosa
et sic apparet verbum precipio ad quid refertur
Quod autem consequenter allegatur per eundem
proponentem de eadem epistola c. xiiij Si quis
videtur propheta esse cognoscat que scribo vobis quia
domini sunt mandata non est ad intelligendum
quod ad omnia et singula que in eadem epistola

scienius referat q omnia sunt mandata dni
Nam et in eadem incte c habet de loquendo
linguis et de prophetando .i. psallendo multa
de quibus clare est q no sunt precepta stricto
mo capiendo preceptum verbum ergo ad indefini
te dictum intelligatur sane no de infinite dicto
sumamus universaliter dictum Sinn vo q̄de
allegat dicit proponens dictum aplus probat aut
se ipm homo et sic de pane illo edat et de
calice bibat no efficax argumentum ad probad
q omnis homo teneatur de calice bibere Sz nec
niam Hec verba ad unum referuntur principaliter
et ad aliud tamquam ad signum applicantur Sed sine
fide passionis Christi salus non est Et a solo Christo
crucifixo reis venia datur Est tamen venerabile signum
crucis propter Christum venerandum et ante oculos frequen
ter habendum propter memoriam salvacionis nostre
non est tamen unica christianorum spes sicut est ipse Christus
crucifixus ipsi vero astantes vere tamen sub duplici spe
applicatur Ante ad sacramentum adhuc strictius volunt
accipere quam accipiatur in principali intellectu de
quo dicunt constat ut sicut supra deductum est quod in
ipso principali intellectu unum et idem est manducare
et bibere et est unus panis qui esuriem
tollit et sitim qui sicut beatus Gregorius in simili in
quit super Osee omne et Sacra scriptura cibus et
potus noster est Unde per prophetam aliud dominus minatur
mittam famem in terram non famem panis neque
sitim aque Sed famem et sitim audiendi verbum
dei qui ergo subtracto suo eloquio fame et siti
nos alii dicat quod eius verba cibus noster et potus sit

demonstrat sic ergo in proposito dicto domini credentem in se
quod non esuriet neque sitiet dicit quod ipse noster cibus et potus
sit evidenter ostendit Et item nisi manducaveritis carnem
et biberitis sanguinem vitam dicit nos hic non posse et se man-
ducantibus vitam eternam pollicetur Et tunc consequenter
subiungit qui manducat me ipse vivet propter me
quod ipse idem cibus et potus sit manifeste declarat Unde
Jo Crisostomus huiusmodi ponens Manducare voluisti factus
est tibi mensa bibere voluisti factus est tibi poculum
qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem etc
Notandum quod non dixit dedit tibi sanguinem sed factus est tibi
poculum et tu subiungit auctorem que videtur distinguere
Unde ipsius auctoritas verum sensum demonstrat quia idem
Christus unus et integer cibus nobis et potus est quod
b Augustinus et habetur de con di 2 Qui manducant et bibunt Christum
vitam manducant et bibunt et gregorius in omelia pascha-
li de con di 2 quid sit sanguis ac si cottidie ... ipse comeditur
et bibitur dicto ergo quod in principali intellectu qui habet
fidem Christi bibit et manducat Christum fontem aque vive
et cibum salutis eterne et non esuriet neque sitiet
panem illum sic manducando sic et qui Christum unum
sub specie panis digne sumit illius panis scilicet sacietatis
inmobilitatis se participem esse ostendit Carnem que man-
ducat et sanguinem bibit Nam ut verbis utar ca-
nonis de consecratione In hostia est cibus et potus sumentis re-
ligiosis sunt expressum i. confirmatum signum et sub panis
specie manducatur caro et bibitur sanguis licet non signo
expresso Et Albertus magnus huiusmodi de corpore
Christi per me predicto allegato dicit sic sacerdos sumit
sanguinem sacramentaliter de calice sic populus sumit
intellectualiter sub specie panis de ipso corpore Christi et est
tam utilis et tam dulcis ut sacerdotibus qui sumunt
eum in specie vini delectat Cant primo botrus cypri dilectus meus
michi quia sumo in butro et uvam i. corpus domini in
cibum et ex uva sugo dulcem sanguinem Christi prout xxxii
et sanguinem uve bibit meracissimum Et item al
Sodius potus Christi sanguinis est intellectualis qui a populo
sumitur sub specie panis de ipso corpore salvatoris sicut
sub specie vini sanguis est per transsillacione et corpus per adiunctionem
Unde sicut sacerdos sumit Christi sanguinem sacramentaliter
ita fideles populus sumit eum intellectualiter de ipso

xpi corpore Job illius parvuli aquile lambunt sanguinem
pulli aquile sunt subditi ecclesie hec lambunt sanguinem
xpi non de calice sed de corpore corpore hec ille Unde
cyrillus similiter in 6° dial. xi post quam dedit racionem quare fecit
sub duplici specie institucionem statim subiungit sub utraque specie
totus sumitur xpus nec plus sub utraque nec minus
sub altera tamen sumitur et confirmat hoc auctoritate beati ylarii
quia eadem res est ut ait ylarius in corpore xpi que in man-
na precessit de quo dicitur qui plus collegerat non habebat
amplius nec qui minus paraverat minus habebat Et idem dicit
glossa super epistolam pauli prima ad cor. xi sub specie panis est
xpus totus plenus est ita sed sunt omnes gradus ymo est
error non sic credere et fuerunt antiqui heretici hoc dicentes
Unde sicut narrat Guillelmus in tractatu de missa
parte quarta in textu Judas propter vitandum istum
errorem prohibitum fuit ne hostia intincta daretur quia
sunt verba sua non quia non xpus buccellam intinctam dedit
Unde constitutum est ab ecclesia ut non detur intincta
Constitutum est in Colonia pro heresi extirpanda qui
dogmatizant xpum sub neutra specie totum existere sed sub
utraque simul existere totum et hoc est una de causis quare
doctores communiter quando sub utraque specie populo non
dabatur prout laudabilis et approbatissima consuetudo
ecclesie habet

Nunc finaliter constituatur ante tribunal maiestatis
divine anima xpiana que omnia peccata sua condigna
penitentia emendavit et eukaristiam tamen sub specie panis
recepit assunt accusatores demones et dicunt hec anima vitam
eternam habere non debet quia non communicavit specie sub utraque
Juste iudex tu dixisti nisi manducaveritis carnem et
biberitis sanguinem non habebitis vitam in vobis ac
anima illa vivit domine tu dixisti qui manducat me
ipse vivet propter me tu ergo te vivum et integrum
manducaverim in illo digno sacramento adimplevi pro
missionem tuam manducavi te vivum propter te quibus tua
Impius quis audet asserere animam hanc excludendam a
vita beata non tamen unam animam sed multa milia ani-
marum cum per tot annorum curricula hec consuetudo vi-
guit in ecclesia sancta dei dicat ergo quilibet xpianus
Ego enim credidi et certus sum falli non possum quia
ipsa veritas dicit qui manducat me ipse vivet

propter me Et hoc michi sit credendum ecclesia tradi
dit que secundum apostolum est columpna et firmamentum
veritatis super columpna et firmamentum veritatis
fundatus cadere non possum quia fundatus super
firmam petram columpnam scilicet et firmamentum
veritatis Ei committens nullo modo potero demergi
Unde Johannes Crisostomus in sermone de penthecoste qui incipit
hodie terra facta est celum dicit petram vocavit ec
clesiam suscipientem fluctus et non titubantem
et inquadam epistola sua Et ne in capite multa quidem
fluctus et immanes sed submergere non verear qui super
petram sto ita dicit xpi ecclesia nichil fortius et illa
fortior est ecclesia quam terra Quanto ergo sit et fortior
celo Celum et terra transibunt verba autem mea
non transibunt Ipsa etiam petri navicula que timba
post predicatam verbo potest [illegible] ge cimitetur in sempiternum
pelago perire non timeo ipsa etiam ecclesia est certa
hoc que superallegatam auctoritatem Sicut gregis cum possem mul
tas concordantias aliorum sanctorum doctorum inferre quia
omnes inesse contentos ad superiora loquar Rogemus
simpliciter ipsius caput dominum nostrum Jhesum xpistum ut sic
nos in ipsa faciat persistere et sanctis operibus studere
et ab hac milita militanti seu peregrinanti ecclesia ad ec
clesiam triumphantem que est urbs celestia perfecta pervenire mereamur Amen
Expeditus tamen dei adiutorio hijs que dicenda oc
currunt pro distinctione eorum que per partes evange
licas scripta sunt circa divinam cenam et ab ipso paulo apostolo
prima ad cor. xi necnon et textus evangeliorum narracione pre
sentem procedendum est ad originalia seu dicta doc
torum et canonum que per proponentes consequenter
inducta fuerunt Invocando eius auxilium gratie
et illuminationis tamen nunc ipsa doctores eam venerunt
sacre et posse dicitur que dixerunt et sanctam tenenerunt
sunt conscripti De eo autem omnia volo premittere quod
beatus augustinus in libro de doctrina libro 3o tractando ticonii
regulas quas dixit esse velut claves ad aperiend
intelligentiam sacre scripture presertim que istius Augustinus
ibi dixit circa primam regulam de domino et de eius
corpore et secundam de corpore mixto et ultimam circa
quam dicat lectorem sacre scripture debere esse vigi
lem quia sepe sacra scriptura dum de corpore loqui

incipit transit ad capud et ibi ad primum revertitur et
e converso et nunc descendens nunc de inferioribus membris permixtim
loquitur in quibus faciliter erratur nisi diligenter lector
advertat atque discernat. Similiter quia quartam regulam quod
dicit de specie et genere quia interdum scriptura divina de specie loquitur
et ad hunc continuare videtur excedens speciem vicissitudinem
transit ad genus. Unde dicit Augustinus in iii de doctrina christiana transit
ad genus quasi adhuc de specie loquente scriptura ubi vigi-
lare debet lectoris intencio ne querat in specie quod po-
terit melius et cercius in genere invenire quod explicat Ezechiel
propheta domus israel habitaverunt in terra et polluerunt eam etc.
Ubi certissime loquitur de israhele secundum carnem et postea
continuando quasi de eodem loqui videatur excreditur
species unde et adiungitur genus loquendo de israhele secundum
spiritum qui non est ex uno populo sed ex omnibus gentibus
congregatur et sanctificatur et mundatur aqua munda hoc
est baptismi sacramento que ibi latius declarantur. Hic et ad-
vertendum valde est indicium doctores antiqui qui ad
instar scripture sacre tropice frequenter loquuntur et quandoque
de aliquo loquuntur transeunt ad signatum de sacramento altaris transeunt
ad misticum christi corporis et e converso sicut exemplo oratio super [illegible]
[illegible] et bibit ex eo omnes hec sunt verba. Communis ebri-
etas felix salutaris sacietas que quanto copiosius sumitur
tanto sobrietatem mentibus donare dignatur. Inundat bibentes
sed non satiatur nec sitim extinguunt usus eterni quia
indigne sumunt iusticia sed totam hanc glosam intellige non
minus de sacramento visibili sicut ultima pars loqui videtur non
esset vera forma sua quia certe tam copiose posset de illo
aliquis sumere quod non sobrius esset sed de spirituali gratia
quanto magis hauritur tanto magis anima [illegible] sobria
et clara efficitur. Sed illud quod in missa dicitur iube hec
perferri per manus sancti angeli tui etc. Ubi advertendum
est nunc nec illa oratio de illo sacramento loqui videatur per illud
ut quicquid [illegible] tanquam [illegible] forma per de corpore mistico loquitur
ut declarat sanctus thomas in iiii q. lxxxiii articulo quarto
in [illegible] ad nonum dicens quod sacerdos non petit quod species
sacramentales deferantur in celum nec corpus christi verum
quod ibi esse non desinit sed petit hoc de corpore mistico
quod in hoc sacramento significatur. Similiter dictus augustinus
et habetur de con. di. ii. quia passus est dominus pro nobis
commendavit in isto sacramento sanguinem suum et corpus
quod fecit nos met ipsos etc. Dum loquitur de corpore

vero statim transit ad corpus misticum cum dicat fecit nosmet
ipsos Nam et corpus ipsius facti sumus Opus igitur
est ut vigilet lectoris intencio in istis transumpcionibus
et de uno in alterum transumptionibus ne querat in sacrali
manducacione quod in instituta xpi carne s. fidelium
unitate et manducacione eius que fit per fidem que per
dileccionem operatur certius et melius invenitur
Et bene placet michi illud quod dicit quod auctor sacre
scripture est deus qui omnia simul suo intellectu
comprehendit adeo non est inconveniens si in una lra
sacre scripture plures sint sensus De eo autem quod dicit litteralis
non contendo pronunciare sed scio quod multi doctores dicunt
non esse nisi unum sensum litteralem alios esse allegoricos
et exemplum quod ponit de illo ego ero illi in patrem quod
ad litteram de salomone dicitur quod intelligatur eciam de xpo
ad litteram non concedunt posset per allegoriam sic et duo filii
abrahe dicuntur duo testamenta iuxta apostolum ad gal. iiii
Unde dicunt nonnulli doctores quod ille allegat pauli in epistola
ad hebreos et cetera illud os non comminuetis ex eo ap-
plicatum ad xpm sunt allegoria scilicet propter allegoriam
de figura ad figuratum Quia salomon et agnus
paschalis erant figura xpi Et adeo de illis ad
litteram dicta sunt de xpo per allegoriam Et hec loque
de que sepe utitur scriptura et eius doctores et hoc fre-
quenter in una sacrificio in qua loquendi ad
ostendum quia non adequate oportet accipere
nec omnia scripture sermonem applicare sic ad heb
vii scribitur de salomone ipse edificabit domum meam
et stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum
Ego ero ei in patrem et ipse in filium que verba per
paulum applicantur ad xpm Illud tamen quod in medietate
sequitur quod si inique aliquid fecerit arguam eum et cetera
ad xpm nullatenus applicari potest hec et alia
loqui mateaa in qua multa dici possent Sed quia
nec alia interpellant sufficiat pro predicta et iam
ad materiam prosequamur
Primo ad probandum quod litteralis sensus et principalis
illius Nisi manducaveritis scilicet de sacrali
manducacione allegat glossa interlinearis quod dicit
in corde rudibus ayacem (?) que dicit usque
modo ista fecit mencionem de questione scilicet alterum

Re ua no est glo / or / q glo or ff prosequitur
ipm de quo predixi / vnde ibi statim glo / exponens
dnus hec albam et potest societates multi intelligere
corpo membros suos q est cecitas / hec est una glo /
Et statim alia sequens eam exponit quid sit
et quid sit manducare carnem et bibere sanguinem
hc e in xpo manere et xpm hre in se manente
et sic de multis pertractans diffusius glo / ut prime
supius est deductum et sic illud verbum usque ibi nos
non fecit mentionem de questione sacri altaris
Non est / glo / or / sed patuit ex q aliquis sic postilla
uit in libro suo et postea scriptores misuerunt cum
glo glosa aut pt que sequitur ubi e de glo unum dignus
ress tamen Et ne quis dicat me allegasse glo mar
ginales et q verum est q ille prosequitur ipm eque
ego dico sed q illa est interlinearis dico q interlineares
et marginales semper sequuntur illum ipm quem ego
dico vnde nihil glo interlineari exponens illud
caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus
dicit .i. sanctitas sanctorum est et sic ipa glo / or / q
sequitur ipm de spirituali manducatione Et ideo dico
de alia quam subsequenter allegat exponit
quid sancti doctores de comestione sacri altaris
re ua no est glo / or / Praeter q quia ego reperi
eam cassatam in isto elegantissimo libro et sabaq
studioso et magno nature viro disposito et eius
effigie poterit inveniri quia non solum eam cassa
ta sed alie plures per diffusius volumen Ego
volui intelligere quare hoc fecit et quesivi libros
antiquos Et vide q glo que in isto volumine
sunt cassate in illis antiquis non erant vnde
ego et alii magistri qui mecum hoc viderunt tam ex
hoc quam ex continuatione vel discontinuatione ad
intellectum glosatoris cognoscentes illas non esse glo
or iudicavimus q sicut predixi aliquis postillavit
et postea scriptores miscuerunt cum glo vnde
ille prudens cassavit quia non fuit ordinaria
glo Sed omnia ea que dicit non urgent quia dicit
de questione altaris non dicit de lubricione
Quod aut aliqui doctores exponat illud textum de com
mestione altaris non nego ut predixi q illud prophe

infirmitatis nunc accepit aug' Ewangelista matheus
exposuit de egritudinibus cum tu ihesus sepius allius
vel sit de petro prout sup dixi allegando verum gla
ram Et illud quod xpus dixerat quos dedisti
mi non perdidi ex eis quemquam go in passione
exponit de apostolis ut vel caperentur quos xpus dixit
Si ergo me queritis sinite hos abire Sed eciam
ibi dixit perdidi aut non hanc dixerat sed illam
eciam clarificata vero et deputa morte hec accepit
multa super hoc heri cum dixi que non oportet
hic repetere per que ad hec et omnia scilicet et
sufficienter respondendo glo quam consequenter alle
non est alia glo sed per predicte eo idem est indicans
Allegans postea glo sup verbo sancti petri dicens alia inte
tenus habere illa glo nichil plus dicat nisi iste
in ministrare corpus et sanguinis tui primitus vita
et glo sequens sup verbo credimus et cognoscimus
dicit prius est crede de inde cognoscere Sequitur
in textu quia tu es xpc filius dei glo quia
tu es vita et ideo in carne et sanguine tuo
non deo nisi quod et illud hec ipse mis glo
nisi quod comede carnem xpi et bibi sanguinem dat vitam
Sed quis comedunt et bibunt glo ille non dicit
per se sed relate ad tempus verbum insinuat quod credendo
et cognoscendo quia tu es xpus filius dei
comedendo apostoli carnem xpi et bibendo eius sanguinem
Et hoc est quod beatus Aug' commemorans hoc
verbum post dixit verbum sapuit caro xpi in ore petri
ut sup est allegatum ecce quo beatus petrus que
dit carnes xpi et bibit sanguinem eius credendo
et cognoscendo quia tu es xpus filius dei
ut in textu super quo sunt ille glo
Videtur eciam sancti thome que consequenter
allegat non urgent si allegantur pro toto non est
aliquid quod sonat magis quod magis
videtur facere est illud quod dicit Manducatur autem
quod sumitur potest referri ad spirituale manducacionem
vel sacramentalem Si enim refertur ad spirituale nullo
est dubitacio hec sumitur ille enim spiritualiter mandu
cat carnem xpi et sanguinem bibit qui particeps fit
ecclesiastice unitatis Si vero illa sumitur refertur ad
sacramentalem manducacionem dubium est quod dicit ergo

Non nego qui possit referri ad unam et ad reliqua ut
predixi Sed bene est advertendum quod dixit quod si refertur
ad spiritualem manducationem nulla sed dubitatione
questio finita Si autem ad sacramentalem tunc habet
dubium et difficultatem quas hic consequenter
annectit in quibus determinat contra ipsos usque quod non
non est de necessitate salutis quod ipse ut predicti sunt locum et quod
adultis tamen debeat ministrari eukaristia et in aliis
multis locis semper est sensus theologus et ista finita et e
verum quod sanctus thomas interdum applicat ista auctoritatem
ad sacramentalem manducationem sed ut tenetur ubi ipse et
solute loquitur semper intelligit eam de spirituali man
ducatione sicut possunt ostendere per diversas suas opin
iones in multis locis

Ea quidem que allegantur ex libris contra augustinum de meritis
et remissione peccatorum et contra pelagianos eiusdem
voluminis sub licet variis intitulentur nominibus

Primum ergo quod allegatur in quo dicit optime
puniti christiani baptismum ipsum nichil aliud quam salutem
et sacramentum corporis christi nichil aliud quam vitam vocant
contra nos urgent ad rem sed sequentia videntur
multum facere contra Primo quod ipse posuit ultimo
quia est primo in li. b. aug. ex quo dependet finita
subsequentium Pro cuius intelligentia est prenotandum
quod in illis libris contra augustinus disputat contra pelagi
anos qui negabant originale peccatum et dicebant
parvulos etiam sine baptismo merito innocentie
habere vitam eternam et quia urgebantur et con
cludebantur multis rationibus et precipue ex illa
auctoritate christi in ewangelio Joh. x nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto non introibit in regnum
celorum Dicebat et si non intrabant in regnum celorum
tamen habebant vitam et ideo paulo ante verba pre
proponentem allegata ita dicit contra augustinus propterea
tenentur parvulis non baptizatis innocentie merito
salutem et vitam eternam tribuere Sed quod baptizati
non sunt eos a regno celorum facere alienos nova quadam
et mirabili presumptione quasi salus eterna et vita
eterna possit esse preter christum hereditatem et preter regnum celorum
huic omnium vero confugiunt atque ubi delitescant quod non ait

dicens Si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto
non habebit vitam eternam sed ait non intrabit in regnum
dei nam si hoc dixisset nullus hinc dubio posset oriri an
seratur ergo ista dubitacio dum audiamus [illegible]
Unde patet quod ad convincendum illos sic arguit quasi
ex consequente probat antecedens vel ex eo quod aliud
presupponit id quod presupponitur verum si ita non
datur nisi participantibus mense domini et ad
illam nemo nisi baptizatus accedit ergo
nec vita sine baptismo habetur Et quid ut
inquit beatus ylarius et hec maneat de verbis sig
intelligencia doctorum ex causis est assumenda
dicendi quia non sermoni res sed rei sermo est
subiectus ut dicit beatus ysidorus xxix di [illegible]
quod quia causa persona locus et tempus medullitus
non indagantur in errorem labirintheum non
nulli intrando impinguunt et tex in c solite de
ma et obe verum si persona loquentis ad eos ad
quos loquebatur et vim locucionis diligencius
intellexissent sebentes non expressissent totaliter i
tellam Consideremus ergo deum beati augustini ex causa
dicendi ad quem finem loquebatur Et certe non
erat tunc propositum beati augustini agere de vero et proprio
sensu illius auctoritatis Nisi manducaveritis sed tota in
tencio sua versabatur ad obcludendum illos heretici
cos pelagianos et ad tollendum eis omne
fugiendi modum et quia evadere conabantur
ab illa auctoritate Nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu sancto non intrabit in regnum celorum
quia non dicat non habebit vitam tunc aufert
istam in qua ponitur verbum vitam Et tunc
dicat quid ad hoc respondere possent nisi pertinacia
pugnantes libros adversus ecclesiam pro
spiciatis veritatis intendant Et iterum in fine ne
illi conarentur evadere quia non dixit Nisi
quis manducaverit sed nisi manducaveritis ad pre
sentes loquebatur obcludit eos per illud xpm Et panis
quem ego dabo vobis caro mea est pro seculi vita
dicens non ergo propriis tantum sed pro seculi vita illos
ergo est intencio beati augustini diffinitio quod sine

utroque sacro sz baptismo et eius salus et uita habendo
non potest sz ita loquntur ad omnem disticula tollendam
hereticis illis ut probet quod sine baptismo nec reg-
num dei nec uita possit haberi Et hoc bene pz ex hijs que
infra dicit

Iam nunc scrutemur quantum adiuuat dominus ipsum et
euangelij ubi ait nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu sancto non intrabit in regnum celorum quia isti si non
nisi mouentur non paruulos nec baptizandos
esse censerent sz quia non ait inquiunt Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non habebit
salutem et uitam eternam tantum dixit non intrabit
in regnum celorum ad hoc paruuli baptizandi sunt
ut sint et iam cum xpo in regno dei ubi non erunt
si baptizati non fuerint quamuis et sine baptismo
si paruuli moriantur salutem uitamque eternam habituri sunt
quoniam nullo peccati uinculo obstricti sunt Sz hoc dicen-
tes nunquam explicant iste quia iusticia nullum peccatum habens
cum ymago dei separetur a regno dei
Uideamus inde aduertamus utrum dominus ihesus xpus
unus et solus magister solus bonus in hac ipsa eua-
gelica lectione non significauit et ostendit non nisi per
remissionem peccatorum fieri ut ad regnum dei perueniat
baptizati quamuis recte intelligentibus sufficere debuit
quod dictum est Nisi quis renatus fuerit de nouo
non potest uidere regnum dei Cur enim nascatur denuo
nisi renouandus unde renouandus nisi a
uetustate qua uetustate nisi in qua uetus
homo noster simul crucifixus est cum illo ut
euacuetur corpus peccati aut unde ymago dei non
intrat in regnum dei nisi impedimento prohibente
peccati hec augustinus patet ergo intencio beati augustini quod ex
solo baptismo habetur salus et uita et regnum
dei quia fit nouus homo non habens aliquid
de uetustate peccati Unde enim ymago dei non in-
traret regnum dei nisi impedimento prohibente
peccati Sz illa omnia dicit ad obcludendum hereticos
et omnem dimeztraula eius tollendum pz hoc quod ex
principio secundi libri eorum sic incipit de baptismo
paruulorum marceline carissime quod non

solu͂ eis ad regnu͂ dei veni͂ etiam ad salute͂ et ad
vitam eternam adipiscendam detur quam
sine regno dei et sine xpi salvatore societate
in qua nos suo sanguine redemit hijs nullus
pot per libro satis ut arbitror disputavimus
Ex quo pȝ q epilogus totius primi libri Et q
per baptisma datur no solu͂ regnu͂ dei ſȝ salus
et vita eterna
Jam eiusdem actu͂ Aug' audiamus in iijo
eiusdem opus libro dicat Cum autem appareat
tot et tantis testimonijs divinorum eloquiorum
dilucidissime appareat nec pot xpu͂ societate ad
vita͂ salutemq eterna͂ posse quemquam hominem
pervenire nec divino iudicio posse aliquem
in iuste dampnari hoc e ab illa vita et
salute separari unde fit quis ut quo nichil
agitur aliud ut cum parvuli baptizantur
nisi ut incorporentur eccle et xpo corpori membris
que sociantur manifestu͂ sit eos ad dampnationem
nisi hoc eis collatu͂ fuit pertinere ꝛc Et infra Nisi quid
est illud nisi manducaverit hoies carnem
eius hoc est particeps factus corporis eius
no habebunt vitam hec Aug' hijs addam illa
eius sententiam quam supra posui Nulli est aliqua
tenus ambigendu͂ tunc unu͂ quemq fideliu͂
corporis et sanguinis dni͂ fieri participem quo
in baptismo membru͂ xpo efficitur nec alienari
ab illius panis calicisq consorcio etsi
antequam panem illu͂ comedat et calice bibat
de hoc seculo in unitate corporis xpo constitutus ab
scedat ꝛc c· de con· di ij ita dicis Et ibi ex sermone
de infantibus di iiij in eccla alias est caput· c·
et est contra istos pelagianos Et nisi sinodum
ponit ex li de sacro fideliu͂ Et supra est quibus
libris eadem sententia hijs concordat Eusebius qui
allegata illa auctoritate Nisi manducaveritis ꝛc statim
subiungit Quod testimonium con pelagij blasphemiam
evidentissimu͂ et validissimu͂ est qui asserere
arrepta impietate presumunt no propter vitam
ſȝ propter regnu͂ celorum baptismu͂ parvulis con
ferendu͂ sub eiu͂ dei verbis quibus ewangelista

pronunciat non habebitis vitam in nobis intelligen
dum est quia circa baptismum in nunc vacuam
non solum gloria carere sed vita Extra quos ille doctor
illud nisi manducaveritis exponit de baptismo
per illud comedimus carnem christi et bibimus sanguinem
eius per illud incorporamur corpori eius mistico
et membris eius unimur et hoc sufficiat pro
responso ad hanc et ad aliam optime puniti
Dictum vero augustini ad Cristoforum grammaticum et sequen
tia ad hoc faciunt quod illa verba christi nisi manduca
veritis etc. applicantur ad hoc venerabile et sacratissimum
eucharistie sacramentum Et cum ut predixi non declino quin doc
tores in sermonibus admonicionibus et aliis similibus
applicent illud textum ad istud sacramentum et non inconveniens
quando transferunt ad signum quod de re signata dicitur
circa loquendi modus in sacra scriptura a doctoribus
multotiens reperitur Sed respectu dicti illius solem
nis doctoris Zacharie Constantinopolitani in libro
qui dicitur unum ex quatuor ewangeliis fecit unam
texturam qui ita dicit super isto ewangelio Non
nulli doctores aliqua de predictis incidenter ad
altaris sacramentum referunt sed in continua expositione
nullus hec ille Deinde ponderandum est
ut predixi loquendi genus quia aliter ponde
rantur verba in sacramentis declarationibus positis
aliter in admonicionibus et oratorio loquendi
genere et finaliter quod si ille species dictarum oblacionum per
capacitatem seu transsumptionem datur non excedat speciem
illud adeo sicut in illo communis et panis vitae
qui esuriem tollit et sitim et hoc est man
ducare et bibere ut lateris fuit deductum sic
et in ipso sacramento ut quod per simbolicam racionem
dicitur non excedat virtus eius non simbolizat
Nam illa manducacio est que vere dat vitam
Sacramentalis vero re vera non dat sed dum per gratiam
sacramentalem ad augendum dicitur dare quod ipso ut predixi
per racionem simbolicam ad alteram dicitur teneat et
limites eius qui non habeat hec vero sacramentalis
etiam digne suscepta propterea quia auget
dicitur dare et iam super hoc multa hic
dixi que sufficiunt pro responsione generaliter

ad omnia que per proponentem ad hoc propositum
allegantur. et ideo non ad singula respondeo quia nimis
tempus protraherem in longum quia et multa dicta
sunt que istas questionis non attingunt unde solum
ea recipiam que magis ad finem facere videbuntur.
Si autem videbitur dominis proponentibus quod aliquid
de hiis que preteream faciam
Hoc non pretereo quia bene speciali nota est dignum
quod cum dominus proponens allegasset dicta beati augustini
super illo verbo ewangelii unus militum lancea
latus eius aperuit ut illic quodammodo vite
hostium panderetur unde sacramenta ecclesie manaverunt
sine quibus ad vitam que vera vita est non
intratur. Ille sanguis in remissionem peccatorum
fusus est aqua illa salutare temperat poculum hec la-
vacrum prestat id est potum hec ille Subinfert pro-
ponens dicens quod sine duobus sacramentis scilicet baptismo
et sanguine christi non intratur ad vitam eternam
Audiat dominus proponens quid habeat determinacio
sancte matris ecclesie ut c. maiores de baptismo
ubi ita ad litteram dicitur per sacramentum baptismi christi
sanguine rubricati culpa remittitur et intratur
periculum et ad regnum celorum etiam pervenitur cuius
ianuam sanguis christi fidelibus suis misericorditer
reseravit Unde glosa super luce iii. ihesu baptizato
et orante apertum est celum nec ibi celum tunc christus
cepit aperire Sed hiis verbis auditur virtus
baptismi quia nobis celi ianuam pandit solus
ergo baptismus sine christi sanguine sacramentali id est in
sacramento calicis remittit culpam et dat ingressum
ad regnum celorum neque est illa aqua baptismi sine
christi sanguine id est ex merito passionis christi recepit effi-
caciam et hoc est quod dicit ille textus christi sanguine
rubricati unde bene advertendum est et ex premissis
dictis cognoscendum quod textus canonum et doctores per
methaphoram sepe loquuntur quia neque aqua
baptismi est rubricata christi sanguine sicut iste
textus canonis dicit videtur si grammaticaliter intelligatur
Sed dicitur rubricata sanguine christi propter effectum
quem suscepit ex sanguine christi neque ille sanguis
et aqua que ex latere christi fluxerunt fuerunt

realiter sacrum baptismi et sacramentum calicis
quia ille sanguis non fuit per consecrationem et bap
tismus non est aqua tantum sed aqua et verbum sicut
textus in q. 1 q. 1 detrahe et est verbum augustini propter
terea non sine causa dixit beatus augustinus in libro
de doctrina christiana Sciant litterati modum omnibus
locutionis quos gramatica greco nomine tropos
vocant auctores nostros usos fuisse et cetera bene
ad propositum suadens et admonens et troporum
cognitio propter scripturarum difficultatibus dissolvendis
est necessaria vere quidem necessaria quia nisi sciamus
advertere ipsas transsumptiones et methaforas locu
tiones in scripturis sacris et dictis sanctorum
decipiemur frequenter
Dictum augustini quod allegat quod universa ecclesia
ore accipiens sanguinem dicat amen qualem clamo
rem facit universa ecclesia dum potatur sanguine christi
bene probat illud quod predixi quod universa ecclesia
potatur sanguine christi per ora sacerdotum ideo o
rationibus sacerdotum respondit amen
Dicto Johannis Crisostomi in dialogo satis possit sufficere
precedens responsio que est superius data sed forsan
diceret proponens illud est de hiis que urgent
et hoc forsan contingeret quia ut puto ipse
non recepit illud dictum ex originali integro sed ab
alio excerpto quod a media clausula incipit ipsum
et propterea illud quod Johannes Crisostomus dicit de ministerio
seu officio sacerdotali ipse putat dici de ministerio
~~seu officio~~ alterius Ecce habeo librum hic potest
videre ex integro in illo libro Johannis Crisostomi etiam dum
vellent eum ad sacerdotium promovere affuge
rat et calumpniabatur ab aliquibus quod hoc fecerat
ex superbia contempnens sacerdotale ministerium
ipse ad repellendum eorum calumpniam sacerdotale
ministerium laudibus magnis extollit Et inter
cetera sic ad litteram dicit neque aliquid quod furor
est contempnere illud ministerium sine quo nobis
nec salus nec ea bona que nobis sunt promissa
redduntur et cetera ipse proponens inchoans ab illo
verbo illud ministerium et de ministerio fecit ministerium

cenali loquitur de sancto altaris et post predicta verba sequitur in textu Joh. Crisostomi Nemo enim valebit ingredi in regnum celorum nisi ex aqua renatus et spiritu Et qui non manducat carnem domini et bibit sanguinem eius non habebit vitam eternam Que per nullos alios quam sanctas efficiuntur manus sacerdotis Neque gehenne utique ignem vitare neque promissas coronas venerande poterit nisi per illos valemus officium Quos ego inspiciens mea supposui Et quos ergo illi non solum reverendi magis quam aut reges aut duces sed eciam magis erunt honorandi quam parentes et certum multa bene videt doctor p. v. propinqua gratie loquendi utitur auctor iste et eciam eum sane intelligere Erit illud quod dicit Crisostomus non valemus gehennam vitare nisi per sacerdotum officium quia et per baptisma alium datum gehenna vitatur Sed intelligatur sane et iuxta dictum beati hilarii ex causis dicendi non erat propositum Joh. Crisostomi tunc perscrutari quos professos sepelire sed ut contracte calumpniam sibi imposita ad tollere sacerdotale ministerium eciam parabolica verba et ad propositum suum verba scripture congrue applicare et adducat illas duas auctoritates sicut in obiectis sunt Sed non dubito quod si quis isto gallus Joh. Crisostomus putans in illa duo sacramenta equaliter necessaria apud respondet quod omnes doctores irrefragabiliter tenent sed quod non Et dicit eciam cum beato Augustino Nulli est aliquatenus ambigendum tunc unumquemque corporis et sanguinis domini fieri participem quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur etc. ut prius est allegatum Et id ista duo per manus sacerdotis accipit qui per sacerdotem baptizatur et membrum fit illius beati capitis eiusque membrum incorporatur et sic ipse in Christo manet et ipsum habet in se manentem sic ipse Joh. Crisostomus dicit in sermone quodam ad noviter baptizatos

Dictum eiusdem Joh. Crisostomi Quod statim subsequitur est vera pia exhortacio ad visitandum et adorandum Christum in qua ornatissime loquitur more suo floribus rethoricis carmen suum ornando

et non videtur michi ad propositum vagere puto
quod placuit proponenti illam pulchram exhortacionem
et michi certe audite ide de statim sequenti
Ne forte quia dixi quod ad dominum jeronimum videre
suo loco redarguar de violacione promissi ipsum
nolui preterire licet continuo ad magis de precepto pertineret
faciat nisi quia induxit auctores ex evangelio nisi
granum frumenti et ego sum vitis et nisi biberitis
sic ipsa auctoritas cum aliis in eadem sensu nam
quod ille textus nisi manducaveritis applicatur ad
illam vivificacionem super unum et trinitatem
dico quod ea non quo sumus in christo qui est via viventes
manendo in ipso qui dixit Si quis in me non
mansit mittetur foras sicut palmes et arescet
Subsequens dominum jeronimum in apologetico non
tetigissem nisi quia ipse proponens facit ex
ea illacionem referens illud verbum jeronimi quod dixit
nobis tunc est non quod unusquisque possit aut
velit ad illud peribet aut se ipsum homo quod
salva gracia non ita est sed ad aliud quod dicit quibus
apostolus ut semper oremus ex quo et ex illo dicto
apostoli Nolite fraudare invicem nisi forte ex consensu
ad tempus ut vacetis oracioni que secundo corinthiorum vii docet
illud dominum quale bonum est quod orare prohibet
quod corpus christi accipere non permittit et ex hoc
dicebat timeret causam me invicem viii et de isto
est totus sermo ibi et dicit quibus apostolus in alio
loco ut semper oremus si semper orandum
est nunquam est coniugio serviendum Et in ista
est advertendum quod dicta doctorum sunt sane in
telligenda et non ad literam stricte ut loqui
videtur Nam ex istis verbis jeronimi videretur
quod nunquam esset coniugio serviendum quod certe
non esset verum nec ipse jeronimus interrogatus
hoc respondisset quia licitum est coniugatis
debitum operam dare coniugio Unde apostolus paulus
nolite fraudare ad invicem nisi ex consensu
ut vacetis oracioni dixit tempus est revertimini
in idipsum quod dicit quod paulus iubet semper orare
eciam oportet intelligere sane ex quo patet quod verba
doctorum ad monicionibus et exhortacionibus sunt ut
habeant bonum intellectorem nam et verbis eorum
in contrario prout ipse eciam proponens alibi allegat

dicat Si quis vero coniuge sua non cupidine voluptatis
sed sola procreandorum liberorum gratia utitur iste profecto
sive de ingressu ecclesie sive de sumendo corporis
sanguinisque misterio suo est iudicio relinquendus
qui in igne positus nescit ardere hec ille huiusmodi
in decreto xxxiij q iiij vir cum propria quem non apponens
allegat cum de con di ij et ibi non est
Dictum vero quod statim allegatur scammi non attetigissem nisi quia vidi ipsum apponente
ponderari per hoc quod dicat cum exeo quod xpus postremo
tenuam conficeat non exinde disciplinam sanxit in
posterum ut post aliquos cibos sumatur potius a
ieiunis sumi oportet et verbum de non semper facit necessitate
De hoc allegant contra tex lxiiij di oportet et
in glo x et in c tua de sponso impu ubi dicitur tex
omnino de et importat necessitatem
Hec est una certa cuiusque que tractatur contra in
c i de pres li vi et ixx c cum abimus dom ne iudi
Et alibi hoc autem quod illud dicit vel oportet importat
necessitatem vel non ex subiecta ma et aliis circumstanti
ciis fundamentum inde intelligendum est Unde attendendum
est ut non semper ubi reperimus talia verba
intelligamus necessitatem inductam Sed ad tex alle
gatum ex se patet misterio cum dicat potius a ieiu
nis sumi oportet quia ad hoc referetur illud
oportet quod a ieiunis sumatur et in hoc im
portat necessitatem sed excludendo contrarium ut non
sumatur non ieiunis hoc tamen verum nisi in
firmitas excusaret
Capiam quoddam dictum eusebij quod est
in decretum urgeret sed non sic videatur ex integro
ante locum illud per ipsum apponentem allegatum
premisit figuras de melchisedech dicens cum abla
tione panis et vini hoc sacramentum xpi presignavit
Deinde autem noe et moyses de eo misterio loquens
vinum et sanguinem sub uve appellacione significat
in benedictione patriarche dicens pallio multo
amplius demonstravit ut ille inquiens lavabit in vino stolam suam et in sanguine uve
pallium pallium suum et adverte quid eundem
constat unum creaturam xpi sanguine incorporata
et que ad hoc de hac duplici specie inquirere

debes ipso domino attestante cognoscere Nisi
manducaveritis carnem filii hominis et biberitis
sanguinem eius non habebitis vitam in nobis Quod
testimonium contra pelagii blasphemias evidentissime
est qui asserere arrepta impietate presumunt non propter vitam
sed propter regnum celorum baptisma parvulis conferendum
Sub hiis enim dei verbis quibus ewangelista pro-
nunciat non habituros vitam in nobis intelligen-
dum est omnem etatem nunc baptismi vacuam non
solum gloria carere sed vita. Hec ibi. Et post statim loquens
de aqua ponenda in calice vos presbiteri bene con-
sideratis quos loquendi genus inter hec iste et quod
dicit evidenter constat vini creaturam xpi sanguine
intemperandam ex illo lavabit in vino stolam suam sed
bene est opus quod habeat prius intellectorem et per
ca ad confirmandum hanc veritatem sacram quia sub
duplici specie scilicet panis et vini caro xpi continetur
et sanguinis quod indicat illa auctoritas Nisi manducaveritis
statim dicit in ea eo evidentissimum et validissimum
argumentum contra heresim pelagianorum et illam
auctoritatem nisi manducaveritis reducit ad baptismi
sacramentum dum dicit Sub hiis enim verbis dei quibus
ewangelista pronunciat non habituros vitam in nobis
intelligendum est omnem etatem nunc baptismi
vacuam non solum gloria carere sed vita et hoc ordo
fuerat preclarissimi dicti illius sancti augustini contra pela-
gianos de quo supra dictum est. Sed bene volo
advertere quod in eodem sermone paulo
superius dixit panem angelorum manducavit
homo et quis panis angelorum nisi xpus
qui celos sue caritatis et lumine suo claritatis
non saciat huius pane dicente scriptura sexta vero die
duplum colligetis sabatho autem non colligetis dum
anima et divino deo in lege tenetur et in solo
sabatho denegatur Jam vero xpus ab ecclesia
in divinam diem resurreccionis consecravit recipi-
endus ostenditur et synagoge ad quam celebritas
sabathi pertinebat negandus eo scriptum
sed dies iste qui dies est septimus celestis
panis [illegible] de quo pane veteris
narrat historia neque qui plus collegerat
habebat amplius nec qui minus pauperat
reperit minimus Per [illegible] [illegible]

de illa epistola xxxiiii crimina iam supra responsum est
et de illo super proximo ut habeat rursum quod dabitur etiam s[ed]
Venimus ad decretalem leonis pape que prima facie
videntur urgere Sed sciendum est quod leo papa lo
quebatur ibi contra manicheos qui negabant xpm
mortuum resurrexisse et propter quod diem dominicam
celebrare nolebant sed illo die ieiunabant et lo
quitur leo quos nemo ambigit esse maniche
os qui in honorem solis et lune die dominica et
secunda feria deprehensi fuerunt ieiunare uno erra
per ~~...~~ diversitatis sue ope bis prophani sunt qui se
cultum suum ad siderum cultus et ad resurrectionis
xpi institutum contemptum De istis dicit leo quod simu
lantes se catholicos miscebant se inter alios sed
quod cavendum erat aliquid abstinebant quia non
credebant xpm resurrexisse ad detegendam ergo
istorum dissimulationem et latentem heresim mani
cheorum instruit alios scilicet leo quod ex huiusmodi indi
ciis poterunt deprehendi et ubi deprehensi fuerint
a sanctorum sanctitate depellantur hec in loco pape
et aliis dicendi occurrit ut habetur in decretis
xxviii di ubi primo sunt verba beati ysidori
Sciendum est quod plura capitula ex causa ex persona
ex loco ex tempore consideranda sunt quorum
modi quia medullitus non indagantur
in erroris laborinthum non nulli intricati
inpingunt tamen ante iudicant quam intelligant
ante inculpant quam iterando verba per
quirant et verba inconte digna et anticio
lius sobenda Post hec sunt undequi verba
beati Gregorii regule sanctorum patrum quod tempore
loco persona pro negocio instante necessitate
tradite sunt De inderbti Ieronimi necesse est
ut iuxta diversitates locorum et temporum et hominum
quibus scripture facte sunt diversas causas
et argumenta et origines habebant ad pro
positum hoc declaratur in sequenti di ubi per
simulta o plura quia propter manicheorum
multa specialia statuta et prohibitiones
illo tempore facte fuerunt
Venio ad dictum damasceni et videtur statuo
unc in hac quod dixit cum potest cum precepto
donec veniat et est festum maneret paschalis stati
sequenti et ad utrumque est eadem responsio quod

Si bene considerantur verba dei omnipotentia
precepti sufficeret ad sustinendum in qua omnipotens
virtus substantiam panis et vini in corpus simul
et sanguinem substanciando convertit Etiam paschasio
bene videtur ex verbis antecedentibus sequentibusque
sic enim ait Et si velis audire quid est hoc est
nunc corpus meum quod pro vobis tradetur Et veniunt
veniunt verba per proponente allegata Crede
o fili quod ita est ipse dixit et sine dubitatione non potest
mandavit et creatum est preceptum ergo posuit hoc
facite in meam commemorationem Videant ergo presentes
vos quod ista dicta sunt ad probandum veritatem substancie
que sit exponentis virtute Et si ad celebrationem
ministri referentur quod videlicet in ecclesia celebratur
ministri administrationem sacrum ad populum non loquatur
et illi et nullus alius eciendens visio Habet de
ipsis originalibus dei ut plurimum ita est ut per
exceptiones et partes aliud intellectum facere videntur
quam legendo integra Ego legi paschasium in textu
et verum ad legi ex integro magis me roboratum in
ea reperi pro hac consuetudine tractandi precedentem
sub vera vero specie dictum eiusdem paschasii quod sancti
indiget hic ad memoriam quod predixi de regulis tyconii
quia unus contextu sufficit ad diversos sensus qui recipit
similitudinem in cibo et potu et in sufficiens ad
spiritualem intellectum quod caute pensandum est in
eo quod dicit ideo simul bene in calice redduntur
eo quod de uno calice passio Christi hec duo nobis ad
vitam eternam manavit Si volumus intelligere
de speciebus sacramentalibus certum est quod ambo non redduntur
in calice Sed advertendum est illud quod proponens
statim subiungit ex eadem paschasio quod ipsi Christo
baptizantur Christum induunt et panem angelorum
induunt Ecce quod idem paschasius confitetur
et dicit hic panem angelorum in baptismo a fidelibus
bus sumendi concordans cum beato augustino qui
dixit tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque
domini fieri participem qui in baptismo membrum
Christi efficitur ut est supra allegatum Sed audiamus
iterum eundem paschasium in epistola unum plus ex eo quod
magis aut quia minus accipit et dicit non est

omnio quantitas invisibilis extimanda misterio sed
istius sacri spiritualis sicut nec quantitas hominis
xpi manenda est in corpore sed virtus in ea et
divinitas considoranda Nam plus retulit illa
mulier in ewangelio que fimbriam eius
vestimenti tetigit quam turba que totum cor
pus pressit quia plus eam mente et fide accepit
Id circo cogitanda est a nobis huius quantitas
misterii non quantum dente premitur sed quantum fide
capitur et dilectione Nam cum recte caro xpi sine
divinitate sumitur nec divinitas sine carne
ad dicta parabola ewangelica de thezauro ab
scondito in agro et quod ager est quantitas the
zaurus vero in agro absconditus est divinitas
ita concludit Et id circo fili dum hoc misterium
quantitas | dilata sinum mentis tue emunda
conscienciam et percipe non quantum vita exhibet
sed quantum fides capit hec ille Ita ergo fidelis
homo mente ore capiens dilatato sinu mentis
percipere se credit xpm unum in quo caro sanguis
et anima et plenitudo divinitatis a qua est omnis
virtus quem qui digne suscipit vitam eternam
sed ipso domino dicente Qui manducat me ipse
vivet propter me ad yerenem de con di ii Xpus
panis est de quo qui manducat vivet in eternum
de quo ipse dixit panis quem ego dabo caro
mea est pro mundi vita
Allegantur post hec duo dicta beati bernhardi
de primo quod incipit Beneficentissime aliud
nobile satis sponse dictum statim sed circa primo
secundum quia brevius expedietur in quo beatus
Bernhardus dicit quod angelus ex adipe frumenti
saginatur et mundo grano saturatur me oportet
interim quodam sacri cortice esse contentum
carnis furfure palea littere fidei velamine et cetera
Et pondet proponens verbum pondet oportet
de quo iam supra per me dictum est Sed considerati
dictum Bernhardi plane liquet quid velit dicere
Cum dicit me oportet sacri cortice esse contentum maxi
me ex eo quod predixit de angelo et ceteris que sequuntur
Quid aliud vult dicere beatus Bernhardus michi
quod soli vel cuicumque in hac vita degenti non
datur revelata facie deum videre Et ideo con
tentum oportet de hiis que adeo dantur

nobis sub velamine sacramenti deū adorandū
et sub pallea lr̃e intelligendi sz et hoc spiritu
in tislitas vivificante contentari eni aportet
cū qui plus hr̃ no pot nunc revelator ad dampnum
inquio ita dicat zbtus zbnus zbenignissime ihū no
bile satis sponse tue dotalicium indulsisti ut nol
hic tenet columba tua dulcissimum incorale dila
sui xpus cum pdic qua pateretur discipulis suis
huius sacri forma scripsit efficaciam exhibuit hdem
fieri precepit hec zbnus Eciam habemus ex hoc dicto
zbn hardi nisi quod illud divinissimum sacramentum ē
nobile dotalicium sponse sue sz ecclie et incorale
dulcissimum dilecte sui Et quod xpus forma sacri huius
discipulis scripsit efficaciam exhibuit et ipsum sacrum
fieri precepit in hoc omnes concordamus et certe
verissimum est quod ecclia que ē sponsa xpi et columba
In nomine domini nostri ihesu christi amen / Reverendissimi re-
verendique patres etc. Cum cogitarem pridie unde huius
mei operis aliquod acciperem ex sacra scriptura stabile
fundamentum aperui librum missale ut requirerem
ex lectionibus epistolarum et ewangeliorum quo in ecclesia dei diebus
istis legimus Et in lectione epistole que sumitur in dominica
sicut heri feria quinta legenda quod propositum michi adeo
determinata suscepi ex epistola ad Colossenses ij sic legi in quo et
christo circumcisi estis circumcisione non manu facta in expo-
liatione corporis carnis sed in circumcisione christi consepulti ei
in baptismo in quo et resurrexistis per fidem operationis
dei qui suscitavit illum a mortuis Ex quo quidem
themate ut ex quadrato lapide quatuor veritates
velut quatuor principales parietes consurgunt Prima
1 est quod ex illa divina sententia in ipsum primum parentem adam
promulgata omnes homines mortui spirituali morte nas-
cuntur filii quidem ire et morte dampnati Secunda
2 quod ab hac morte resuscitantur illi quos omnipotens
deus ad gratiam suam vocare dignatur Tercia quod hec
3 tam admirabilis mutatio de morte ad vitam spiritualem
fit per baptismi sacramentum Quarta quod baptismus in locum
4 circumcisionis successit ita ut illa per hoc sacramentum tollatur
Prime due patent in hoc quod dixit in quo resurrexistis
nemo enim resurgit nisi qui mortuus fuit et enim
ut ait apostolus ad Romanos v. ob unius delictum mors regna-
vit et iterum per unius delictum omnes in condempnatione
Tercia vero quod hec mirabilis mutatio fiat per sa-
cramentum baptismi ostenditur ibi ubi dicit consepulti
ei in baptismo / unde idem apostolus ad Romanos vi an igno-
ratis fratres quotcumque baptizati sumus in christo ihesu
in morte ipsius baptizati sumus consepulti enim
sumus cum illo per baptismum in mortem ut quomodo surrexit
christus a mortuis per gloriam patris ita et nos in novi-
tate vite ambulemus Quarta ostenditur in eo quod dicit in
quo circumcisi estis circumcisione non manu facta sed in
circumcisione christi consepulti ei in baptismo quod idem
est dicere circumcisi estis circumcisione non manu facta sed in

circumcisione xpi consepulti ei in baptismo nisi quod dicu
dicat non manu facta illam carnalem circumcisionem
excludit Sed ut ostendit effectum eius non perditum Sed in
alio sacramento immutatum dicit circumcisi estis circumcisione
ut autem declarat illam operatus fuerit consepul
ti estis xpo et iam addamus illud ad ro vi
ut quo surrexit xpus a mortuis per gloriam patris
ita et nos in novitate vite ambulemus Unde
tex in c maiores de baptismo ita dicit quod baptismus
successit circumcisioni / absit enim ut in illam dampnatam
heresim incidamus que perperam affirmabat
legem cum ewangelio et circumcisionem cum baptismo ser
vandam Clamat enim apostolus dicentem si circumcidimini
xpus vobis nichil proderit et ita baptismus qui
successit loco ipsius etc. Vide ergo exulta in ordine
cum hec apostolus prima Quantum ergo suscipitur argumentum
presupposito ipsius circumcisionis effectum de quo inter anti
quos diverse opiniones sunt aliis dicentibus quod so
lum per eam tollebatur originale peccatum aliis vero quod et
conferebatur gratia quo ad effectus remotionis culpe
Sed non quantum ad positivos Aliis quod etiam quo
ad positivos prout recitat sanctus tho iii parte q.
lxx in responsione ad 2m allegabatur ad hoc
dictum venerabilis Bede in omelia circumcisionis ubi
dicit idem quod salutifere circumcisionis auxilium cu
racio in lege contra originalis peccati vulnus agebat quod bap
tismus agere revelate gratie tempore consuevit Ad idem
etiam dictum beati Gregorii quod habetur de con di iiii
quod apud nos Sed dimissis istis disputacionibus
de solida doctrina ecclesie capiamus hoc Propter alle
ti maiorum tex dicit originalis culpa remittebatur
per circumcisionis misterium et dampnacionis periculum vi
tabatur non tamen perveniebatur ad regnum celorum quod
usque ad mortem xpi fuit obseratum et subiungit
et per sacrum baptismi xpi sanguine rubricatum
culpa remittitur vitatur periculum et ad regnum celorum
etiam pervenitur Unde patet quod baptismus circumci
sioni successit et eam in virtute efficiendi excedit
His presuppositis argumentacio mea procedat

habebat tempore suo circumcisio suum effectum sine adminiculo de-
minus libet alterius sacramenti. Non enim nomine circumcisio da-
batur in manna quod ad memoriam servabatur
Martha sicut breviter expediatur. Nulla alia sacramenta
veteris legis causabant nec habebant aliquam
virtutem qua aparent ad conferendam gratiam sicut
est determinatio magistri sententiarum in iiii di. i. Et ibi docto-
res et thomas ubi supra. Sola ergo circumcisio tollebat origina-
le peccatum et dampnationis periculum evitabat. Et bap-
tismus dicitur maioris virtutis et sine adminiculo
alterius sacramenti suum effectum non valet perfecte producere.
Si sit etc non sufficienter intuemini verbis petri
apostolorum principis compuncti corde et salutis reme-
dium flagitantes quid inquiunt faciemus viri fratres
Petrus vero ait ad illos penitentiam inquit agite et bapti-
zetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum vestrorum
et accipietis donum spiritus sancti Actuum
Et nondum per baptismum remissionem peccatorum promittit
et donum spiritus sancti divina dispositione petrum apostolum
ad cornelium mittit ut ei quid facere oporteat ostendat
Instruxit eum et suos salutari doctrina et baptisma-
te innovat et per hoc ostendit sibi quid oporteat eum
facere legamus omnes actuum apostolorum distinctionem vide-
amus an reperiemus aliquem mox de baptismo ad
alterius sacramentum deductum. Sciebat quidem apostolus baptismi
sacramentum per se absque alio sacramento adminiculo plenum
effectum suum producere posse dicit spiritus philippo ut
iungat se currui in quo candacis regine sedebat
eunuchus et in prophetia ysaie librum latentem
in littera. Sibi philippus insinuasset pervenissent
ad aquas quas in itinere reperiebat baptizato
eunucho mox a spiritu raptus est philippus et iter
suum eunuchus peregit. Quid ergo tantum
unicum gratie pro eunucho spiritus sanctus dignatus est
operari et imperfectum dimisisset sacramentum. Is qui opus
imperfectum non novit aut certe verius dicendum
eunuchum illud perfectum suscepisse per lavacrum
potentissimi salutem eterne. Zelus Ieronimus
sanctus non dubitat interpretare ut in prologo biblie

legitur Ezech prophetam audiuimus per spiritum sanctum
de baptismo prophetando dixisse Effundam super
vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus
inquinamentis vestris Ezech xxxvi per aquam ergo bap
tismi homines ab omnibus inquinamentis mundat
Et breuiter ut per alle tex dixit in c maiores
per baptismum culpa remittitur uitatur periculum et
ad regnum celorum etiam peruenitur
Affluente materia uideor ex uno pariete aut
saltem ex duobus totum edificium uelle complere
ac si aliorum essem oblitus ergo et in opus alie
veniant quas etiam ex assumpto themate intuitus
scilicet quod per peccata mortui simus et dei gratia resuscitamur
addatur huius tertia quod hoc fit per baptismatis sacramentum
prout paulus docet in themate preassumpto cum dicit
consepulti ei in baptismo in quo et resurrexistis
cum concordat illud ad ro vi Quicumque baptiza
ti sumus in christo ihesu in morte ipsius baptiza
ti sumus Sepulti enim sumus cum illo per baptismum
in mortem quia per baptismum de morte cum illo
resuscitamur ad uitam ergo spiritualem uitam bap
tismus confert Unde sanctus tho in summa contra gen
tiles parte iiii ti de baptismo ita incipit Sum
hoc ergo operiens post iam singula sacra et effectus
quos unius cuiusque et materia in consenciens primo
quidem circa spiritualem generationem que per baptismum
fit consideratio est quod generatio rei uiuentis est quedam
mutatio de non uiuente ad uitam uita autem spirituali
priuatus est homo in sua origine per peccatum originale
et ad hunc quecumque peccata sunt adducta abducuntur
a uita oportuit ergo baptismum qui est spiritualis
generatio talem uirtutem habere quod et peccatum originale
et alia actualia peccata commissa tollat Unde
Quibus aug et habetur in decre de co di iiii ita dicit
Dominante autem carne tantummodo trahitur peccatum
originale regnante autem spiritu sancto non solum
originalium sed et voluntariorum fit remissio peccatorum
patet ergo tanta esse uirtute baptismi quod merito dicatur
regeneratio hoc est mutatio quedam de non uiuente

ad vitam hoc est autem quod saluator ait nisi
quis natus fuerit denuo non videbit regnum dei Joh iij
et mar. vlt. Qui crediderit et baptizatus fuerit
saluus erit vnde et apostolus paulus Qui saluos
nos fecit per lauacrum regeneracionis et renouacionis
ad tyt. tercio Renascitur enim homo per baptismum
et renouatur et fit nouus homo amissa vetus
tate peccati et ascribitur numero filiorum dei quia ex deo
natus est Si filius est dei ergo et heres dicente
apostolo paulo ad Ro viii Si filius ergo heres et
iterum ad tytum v iii ut heredes simus secundum spem vite
eterne hereditas autem hec in regno celorum est
nam per sacra istius baptismi est celestis regni ianuam
aperire sicut dicit glo super illud luce iij baptizato
ihesu apertum est celum Non enim primum tunc apertum
est tunc celum sed ut virtus baptismi ostendatur de
quo quisque cum egreditur ei celestis regni ianua
aperitur Vnde doctor sanctus thomas in summa contra gentiles
li iiii ca lix loquens de effectu baptismi dicit quod si
baptizati decederent statim in beatitudinem rapientur
per baptismum quia incorporantur quodam passioni et morti
xpi et efficiuntur membrum xpi ut viuat in xpo
secundum illud ad Ro vi Si mortui sumus cum xpo cre
dimus quia et viuemus cum xpo Ex quo patet quod
huiusmodi baptizato communicatur passio xpi ad remedium ac
si ipse passus et mortuus esset passio autem xpi
est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis
omnium hominum et ideo ille qui baptizatur liberatur a reatu
tu omnis pene sibi debite pro peccatis ac si ipse sufficienter
satisfecisset pro omnibus peccatis suis iuxta sui sic thomas
parte iii q lxix ar ii incorporate q. huic concordat
aug et habetur de con di iiii Filius dei carne
peccati suscepit et penam sine culpa ut in carne
peccati culpa solueret et pena per fidem ergo et bap
tismum eius a peccato homo per viuificacionem et a morte
liberatur per resurrexionem Item doctor ambrosius
et habetur eadem di per aquam baptismi transitus
est de terrenis ad celestia ideo pascha transitus dicitur
hic transitus est de peccato ad vitam de culpa ad graciam

de inquinamento ad sanctificacionem qui per hanc aquam
transit non moritur sed resurgit. hec Augustinus Ambrosius
huius bene thema nostrum concordat cum dicit quod sepulti
cum Christo in baptismo in quo et resurrexistis. sed hec que
tantis auctoritatibus communita nichilominus volo
racione innuere et probare quod effectus baptismi sit remissio
omnis culpe et quod suscitetur de morte ad vitam
dico spiritualem per graciam. Certum enim est quod ubi agens naturale
formam sibi contrariam corrumpit in materia disponens eam ad
susceptionem nove forme et induat formam sibi similem
sic ipse per quandam similitudinem agit deus in animam
suscipientis baptismum ipso baptismo sicut instrumentali
agente mediante cum corrumpit sibi formam contrariam scilicet peccatum
et imprimit formam sibi similem scilicet graciam verba sunt
doctoris super iiij sententiarum di. iiij ar. iij q. i. ubi tractat de
effectu baptismi sed quod tantis multiplicacionibus
auctoritatum et per racionem probare conor quod est aptis-
sime sancte ecclesie determinacione firmatum cuius solis
splendorem cupio adiungere in c. ar. maiores
de baptismo apertissime effectus ponitur sacramenti
unde licet per ipsum culpa remittitur vitatur precium
et ad regnum celorum ac pervenitur. Et in canone
edito in generali Concilio qui habetur in cle. de summa
tri. et fide catho. propter generalem efficaciam mortis
Christi que per baptisma applicatur pariter omnibus
baptizatis tam parvulis quam adultis conferri
informacionem in baptismo graciam et virtutes decrevit.
Concludendo ergo ex omnibus supradictis dilucidis-
sime constat esse fundatum effectum huius esse sacramenti
ut per ipsum nova regeneracio fiat expoliata vetus-
tate peccati renascitur novus homo ex aqua et spiritu
sancto efficitur filius dei et mundatus ab omnibus
inquinamentis vita spirituali iam vivit habens in
se graciam gratum facientem et virtutes fidei spei atque
caritatis et si hanc spiritualem vitam in eo per baptismum
reductam nulla sequens culpa coinquinet ad
regnum celorum proveniet et vitam naturalem eternam
Hos quidem effectus et multos alios habere se as-
sequens habet baptismus Unde ergo Crisostomus

in sermone ad neophytos baptizatos sic dicat videas quot
sint baptismatis largitates ꝫ multis quidem videtur
celestem gratiam in peccatorum tantum remissione consistere Nos
autem honores decem nullo computamus hac de
causa etiam infantes baptizamus ut non sint
coinquinati peccato ut eis addatur sanctitas iusticia
adoptio hereditas fraternitas christo ut eius membra
sint ut spiritus sancti habitaculum fiant ad producendum
autem omnes hos effectus baptismi virtus sufficiat nec aliquo
sacramento indiget adiutorio sua propria virtute perfectus absolutus
quod ut in illud dampnatum errorem incidamus quem putat
dicit Guido in libro de heresibus dicens quod requiritur
ut baptizatus sumat corpus christi alias nisi sacramentum
tamen eukaristie baptizatus susceperit non est vere baptizatus
hoc nec ewangelica doctrina insinuat nec apostolica
documenta ostendunt nec aliqua ratio fundat Septem
quidem sunt ecclesie sacramenta quorum quodlibet suam habet
efficaciam et virtutem quorum tamen potest dissipere ut credat
eum qui baptizatus fuit et non comunicavit in morte
manere Iam ergo baptismus non erit regeneratio
aparis emundatio non resurrectio quia non ergo saluabitur
dicit apostolus in themate pallissipto Consepulti sumus
christo per baptismum in quo et resurreximus quia non
erit quod dixit idem apostolus quod salui facti sumus
per lauacrum regenerationis manebit ergo in morte
talis baptizatus ex aqua et spiritu sancto renatus
et ille cuius perfecta sunt opera in baptismate non
dedit perfectum salutis remedium Sed quo inquiunt
armeni satisfacies nobis ad ewangelica verba
sic enim christus dixit nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu sancto non intrabit in regnum celorum hic
etiam dixit Nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis
eius sanguinem non habebitis vitam in vobis licet ergo aliquis
renatus sit ex aqua et spiritu sancto si tamen non man
ducauerit carnem filii hominis et eius biberit sanguinem vitam habere non poterit
ūō Ad hoc ego iudeos imitando christum cum interrogatus
a principibus sacerdotum et phariseis audit eis In
terrogabo et ego vos sic et ego armenos interrogo
rogo tamen christus dicat quod qui autem non crediderit
condampnabitur Et qui non credit in filium dei

iam iudicatus est. Quo autem salutem aut vitam
promitte post plurimis etiam si baptizantur et con
tamitis eos tum in filium dei no credant et cum nichil
aliud valent michi respondere nisi quod in fide ecclesie
saluantur. Ecclesie corde credunt et ore ecclesie con
fitentur ac ego eis facile respondeo quod et ore
ecclesie manducant carnem et bibunt sanguinem xpi. Unde
sic et beatus Aug dixit et habetur de con di iiij
In ecclesia saluatoris per alios paruuli credunt
sic ex aliis que in baptismo remittuntur traxerunt
nec illud cogitetis eos vitam habere non posse qui sunt
expertes corporis xpi et sanguinis eius dicente ipso
Nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis sanguinem
non habebitis vitam in vobis. Nulli est aliquatenus
ambigendum tunc vnum quemque fidelium corporis sanguini
nisque domini fieri participem quando in baptismo membrum
xpi efficitur nec alienari ab illius panis cali
cisque consorcio si antequam panem illum comedat
et calicem bibat de hoc seculo in vnitate corporis
xpi constitutus abscedat sacramento quippe illius beneficio
non priuatur cum ipse hoc quod sacramentum est habere
inuenitur. Hec Aug. Sed dicit tamen quod ille magnus
phus dionisius ariopagita per apostolum paulum
conuersus et epus factus in libro suo de ecclesiastica
ierarchia dicit quod eukaristia est perfectio et ipsa
dicitur communio seu congregatio. Nam quasi alia sacramenta
accipiunt ab isto suam perfectionem. Nullum enim sacramentorum
aliorum vere celebratur in quo sancta communio non sociatur.
Ad hoc videor nisi verba sancti thome parte iij
q. lxxiij ar x quod hoc nomen eukaristia et hoc nomen
sinaxis grece vel communio in latino sua significatione
propria non significat hoc venerabile sacramentum sed antho
nomatice i. per excellentiam dicitur de ipso quod
tamen secundum propriam significationem dicitur de quolibet sacramento. Cum
enim per quodlibet sacramentum gratia conferatur sibi conve
nit nomen eukaristia quod idem est quod bona
gratia sed huic sacramento per anthonomasiam appropriatur.
Dicente beato paulo. Volumus enim gratiam nostram
per anthonomasiam aliam apparere sic et hoc

nomen sapiens omnibus sapientibus convenit
et tamen salomoni appropriatur et nomen philosophi aristoti
tamen tamen philosophi multi fuerunt Item per communionem sacramentum sibi
invicem fideles communicant quod significat hoc nomen
sinaxis in greco id est communio in latino sed appropriatur
precipue huius sacramento altaris propterea quia per
illam fit perfecta unio et perfecta communio Est ergo
verus sensus dionisii quod per quodlibet sacramentum
fiunt communio fidelium si vere et digne celebratur
quia suscipitur gratia in qua omnes fideles
communicant et per quam coniungantur sed per susceptionem
sacramenti altaris digne facta suscipitur illa perfecta
et ultima unio seu communio que per anthonomasiam
seu per excellentiam nomen sibi communis appropriat Similiter
est quod dixit albertus in quarto sententiarum di viii
quod hoc sacramentum altaris sit unitatis non illa que fit
per spiritum unientem et essentiam unitatem compingentem
et convertentem et unientem quia illa precedit sed
illa secundum quod christus per sacramentum convertit animam et unit
et inhac quod unit quelibet sibi unit omnes ad invicem
sic ergo duplex est unio sine incorporatio una
que fit per sacramentum baptismi per quam uniuntur
fideles invicem et efficiuntur unum corpus christi
Alia hec que datur per sacramentum altaris et hec est
perfecta unio non quod illa prima sit imperfecta
quo ad esse suum quia perfecte constituit hominem
in esse spirituali et facit eum esse membrum christi
et filium adoptionis dei sed quia per ipsam aliquis
perficitur Unde dicit beatus dionisius quod est perfectivum
perfectio ista et baptismus est perfectio confirma
tio est perfectio quia perficit in spirituali robore
et eukaristia est perfectio in spirituali augmento
per quam nutritur homo spiritualiter ad perfectionem vite
spiritualis ut attingat illud supremum esse de quo
dictum est supra secundum thomam super iiii sententiarum di
xii [?] ut ita sit in christum conversus itaque unitus
ut dicat cum paulo vivo ego iam non ego sed vivit

in iure xpus esse quo eukaristia vocatur perfectionum
perfectio non quod perficiat ipsas perfectiones .i. ipsa
sacra quia quodlibet est perse perfectum sed quia dig-
ne participantes maxime perficit Unde in commu-
ne dionisius ita dicit et convenienter ex ipso nu-
mine (?) eukaristia notatum est perfectio et communio
in ipsa est et per ipsam fit omnium participantium sacra-
mentorum consummatio perfectio et communio ~~quia in ipsa est et~~
~~per ipsam fit~~ esse quo perfectio refert ad illos susci-
pientes et hoc est quod idem dionisius aut
quod neminem contingit perfici perfectione ierarchica
tum nisi per divinissimam eukaristiam Verum proscri-
proponentes hoc non senciunt quod ita sit necessaria euka-
quod sine eius actuali perceptione etiam salus parvulo-
rum non possit sed veniant ad determinationem beati thome
quod hoc sacramentum licet ex se sua virtute conferendi graciam
et voto ipsius vel per se ipsum sicut in adultis
vel voto ecclesie sicut in parvulis et saluant pue-
ros qui actu non communicant nam in voto ecclesie
hoc est fidelium suscipientium et per quos dampnabitur
iam cum ea predicta salute concordat et cum vni-
cum quod sanctam matrem ecclesiam omnes quas in xpo regnat
voto .i. desiderio suo digit infanti hostie sine
in sine perfectionis ymo et in fine glorificationis
et fruitionis beatitudinis sempiterne cuius est
prenostica et figurativum hoc divinissimum sacramentum
et propter hoc etiam vocatur viaticum quia prebet
nobis viam illuc perveniendi sicut dicit beatus tho-
mas in iii parte q. lxxiii ar iiii sed cum ipsum aughlz (?)
agentis sive intendentis et ad finem cuncta diriget
Unde solemus dicere quod finis est primum in intentione
et ultimum in execucione Sed dicunt dicti proponentes
saltem ex sua ipsius dionisii habetur quod par-
vuli sint communicandi altaris sacramento Ad hoc ego
respondeo quod ille doctor dionisius loquitur
quodam singulari modo loquendi ita quod a
paucis intelligitur et sed multas glo. et

comenta et vix cu ipis glosis et comentis pot in
telligi et aliqui vni sensu et aliqui aliud dant
sibi vnu est p̄ nondo ergo qd dionisius dixit puer
id pueri no est intelligendum simpliciter de no
uiter natis sed utitur hoc verbo puer vel pueri sicut
in sancta scriptura sepe reperimus Sicut dauid dixit
Si de milicibus dicit̄ mundi pueri sunt loquit̄
de socijs qui fuerunt armati in et debeant Sic ḡ ex tex
do vel sig̅ i· pueri appellatio Et sic loquatur
dionisius pz ex tex ous qui loquens ad thimo
theu dicit tantas opuer et ita pulchras in
thorinthyc uideram dei formes visiones ab alijs
autem forsitan prosperacioribus mentibus no
ita solid contemplatos comphensi sunt sed manifestiores
multo et diuiniora a aut si arbitror ergo
Si ergo puer vocat thimotheu cui scribit bo sps
tho in parte iij q lxxx ar ix vbi sic dicit dicendum
q eadem ro est de pueris recenter natis et a
mentibus qui nunquid habuerunt usum racionis
vnde talibus no sunt sancta mistia danda orand
ius quedam grea contrarius fatiat propter hoc q
dionisius dicit 2o c ecclesiastice ierarchie bap
tizatis esse sancta comone dandam no intelligentes
q dionisius ibi loquitur de baptismo adultorum
nec tn per hoc aliquod detrimentum paciuntur
propter hoc quod dns dicit io vi nisi mand
ucaueritis car fi ho et bi e sag no ha uitam
in nobis eterna sicut aug dicit tunc vnusquisque
fidelium corporis et sanguinis dni particeps fit
quia in baptismate membrum xpi efficitur
sed qm iam pueri incipiunt aliquem usum
racionis habere ut possint deuocionem concipere huius sacra
menti pot eis hoc sacramentum conferre hec scs tho·
ibi ex quo p̄mo pz intellectus dionisij q
loquitur de adultis Item approbat illa solutio
per me data ad auctoritatem Nisi manducaueritis

hinc concordat albertus magnus in comento super
ipsum dionisium ubi dicit quod non est intelligendum quod
detur pueris post baptismum cum adhuc sint lactantes
sed quid iam creverint et aliam solucionem subiungit quod
non debatur eis corpus xpi nec sanguis sed aliquis
de lotura calicis sed amplius discuciamus verba
ipsius dionisij et videamus si loquitur de sacramento
sancte mense et aliquibus videtur quod sic sed recte
consideranti non loquitur de baptismo ita textus
dicit pueros autem non dum divina intelligere valentes
dicit participes fieri congregacionis dei et sacrissimorum
sacre participes fieri congregacionis dei et sacrissimorum
ierarchie cionis signorum videtur quidem ut dicit
ministros abhominabile risu in videntes dignum si audientes
non valentes et doceant ierarchie divina et non
intelligentibus vane tradunt sanctas tradiciones
Adhuc magis hoc ridendi videtur quod pro ipsis alij
abrenunciaciones dicunt et sacras confessiones oportet
autem tuam ierarchiam prudenciam non molestari
in errantibus sed revertentur simul et illuminatoribus
ipsorum gratia amabiliter excusare ad prelatos ab ipsis
instancias opponentes et hoc secundum legem sanctarum
quod non in universum cognicione omnia divina tenebimus multa
a nobis ignotorum causas habet deo convenientes
nobis quidem ignotas etc. Ierarchi plane videtur
quod iste textus loquatur de baptismo parvulorum
dicit enim quod infideles irrident quod pueri non
valentes intelligere possunt fieri participes congre
gacionis dei Participes autem congregacionis
dei efficiuntur per baptismum et hoc bene ostendit
cum infra subiungitur quod alij pro ipsis faciunt
abrenunciaciones et sacras confessiones Nec ob
stat quod dicit sacrissimorum tuorum ierarchice cionis
quod idem est quod divine cionis sed divine cionis
participes efficiuntur per baptismum per quod
incorporamur ecclesie que est corpus xpi
qui est deus et homo et sic efficiuntur sicut dt

petrus apostolus in sede sua canonica divine non consortes Nec obstat quod in glo dicat baptismum accipient et eukaristiam divina ut predixi eukaristia est idem quod gratia vel gratia in baptismo recipimus ut est deum et probatum et iste intellectus est conformis consequenti textui qui dicit quod puer traditur alicui pedagogo qui eum instruet ut in divinis et ab isto pedagogo confitente sursum agere puerum secundum sanctum intus iererarcha petit ut abrenunciationes confiteatur et sanctas confessiones et sic per contextum apparet quod loquitur de baptismo de quo infideles irridebant christianos quod potuerant dicere parvuli possent esse participes congregationis dei maxime cum oportet eos qui congregationis dei sunt esse participes renunciare diabolo et operibus pompis eius et fidem catholicam confiteri Et hec expositio ut declaro dionisii est conformis doctoribus sic patet quod deum thoma et alberti Item eum est in textu dionisii quod per baptismum non fiat homo in vita spirituali renatus quod ipse idem eodem li c. de bapo dicit Sanctus thomas baptismo enim regulatur homo ad deum et unit baptizatum spiritui sancto vel spiritui ecclesie faciens eum bono flagrare per gratiam super venientem facit eum etiam dignum divina corone Post hec vero omnia episcopus baptizatum ad perceptionem divinissimi sacri et sibi aliorum sacrorum corone eius largitur Ex quo patet quod dionisius concedit eum suscepturum eukaristie esse regulatum ad deum et unitum deo et flagrare gratiam vel et supra eodem c. dionisius sic dicat Et tunc ierarcha super baptizandum sacerdotibus nomen eius recitantibus episcopus eum ter in mergit in aqua et ibi elevans eum baptizat cum denominatione sancte trinitatis quem sacerdos mox assignat perceptori susceptori suo et ipse cum ipso susceptor

baptizatus ut de ueste congrua sibi indutus re
ducant ad ierarcham quem crismate signans
concedit ei eukaristiam Jam si dionisio uolumus
et oes viri sumus credere et de necessitate videbitur
non ualere baptismum nisi trina in mersio fiat
Cuius tamen contrarium vers de con di iiij de trina
videbitur etiam quod sine plurium sacerdotum presentia bap
tismus celebrari non possit nisi ab aliquo quam
epo trina dicat stante ierarcha super baptizandum
et sacerdotibus nomine eius recitantibus epo
cum ter in mergat magnum est et quod sacramentum
Confirmationis est quibus recipere prius quam ei euka
sacramentum concedatur Jam si conicari non potest nisi confirma
ti uidebatur necnon tria sacra simul contineret
Et si nullus sit conicandus nisi confirmatus
videant proponentes si nemini nisi confirma
to tradiderint eukaristie sacramentum Hec dicta sufficia
ant de dictis dionisii que propter maximam suam obscu
ritatem et extraneum nobis modum impingendi
occasionem sinaliter prestant

Sed uideamus de aliis que allegant Et primo
obmissis dictis sancti tho et lire que in principi
o allegantur quia ipse doctor iiij q contra proponentes
expresse determinat ideo non oportet aliqua verba
eorum excerpere et uelle inter trahere contra sensum ipsius
doctoris licet re vera et ea que allegant cautius
eorum non adiuuant Dicunt primo quod dicunt
alludere illud quod xpus dixit sinite paruu
los venire ad me quod dicunt quod intelligatur
tur de susceptione sacre eukaristie nullum doctorem
allegant sed faciunt unam elationem si paruuli
sunt digni esse heredes regni celorum consequenter
digni sunt suscipere eukaristie sacramentum qualis
est ista consequentia faciam et ego aliam similem Si
paruuli digni sunt esse heredes regni celorum
ergo et esse sacerdotes vel in papa ita demonst
ro hodie ueraciter penitente contrito confesso et
absoluto et tamen propter hoc non perpetrat crimina.

actione suspenso dicat ante est dignius regno celorum et verum est ergo dignius eukaristia Advertendum est quod non solum propter peccatum vel culpam per quam aliquis sit extra gratiam dei removetur aliquis a perceptione huius sacramenti sed ex aliis causis ut clare doctores dicunt et ita suo loco patebit
Consequenter allegat glo. or. ad hebreos vii que glo. nectitur ex historia quam tangit tex. verum exprimitur verbis glo. quod ipse fecit ymo tamen Nam si melchisedech dedit panem et vinum abrahe et suis suis et ille panis quem illis contulit et vinum figuram fecit sacramenti altaris quod non ab omnibus conceditur sed tamen de pane et vino quod obtulit deo Melchisedech illi pueri abrahe iam diu manducaverant ...
et armati ... cum abraham viri fortes ... et reges illos superaverant Ergo ita dicit obviavit et occurrit dando ... fidelium post cedem quatuor principalium viciorum quatuor virtutibus oppositorum que per quinque sensus subintrant et dicuntur etc
Et sic moralizat illud adpugnam quam nos cum viciis habere debemus ipsaque vicia expugnare sicut et hanc historiam pulchre moralizat prudentius ... in libro de bello ... historia initium libri suscipiens et ... tres omnia vicia pugnantes consequenter ...
Post hec addicit aliud quod moyses dixit pharaoni quod oportebat ipsos cum uxoribus suis et parvulis pergere quod certe verum est quia sub servitute pharaonis id est diaboli nullus parvulus debet dimitti sed per transitum maris rubri id est per aquam baptismatis liberari Sed dicit quod postea isti comederunt manna sed et non statim quo egressi fuerunt mare habuerunt manna sed postquam fuerunt in monte synai post quintam decimam diem mensis secundi postquam egressi sunt

de terra egipti Unde si nolumus allegorizare figuras
dicemus quod non statim parvulis baptizatis danda
nota est eukaristia sed post medietatem secundi mensis
hoc est secunde etatis et consonaret cum dicto doc
torum qui dicunt quod post talem etatem ix vel x annorum
qui iam incipiunt discernere et aliquid fervoris
vel devotionis habere tunc est sibi eukaristia ministran
da Et si dicitur tunc oportebat quod parvuli potius
desinebant et lactantes manna manducarent
Dico ista similitudo corporalis alimenti ad spiri
tuale non est in omnimoda similitudine sua cum
capit communis diversitatem sic et figura aque de
petra qua statim subiungit de qua textus dixit
quod bibit omnis multitudo et iumenta eius si ad
calicem referimus iumenta de calice non bibunt
nota etiam si per iumenta intelligere nolumus parvos
Sed sunt iste methaphorice cum scriptores verba sua
per quam consimilentur et non est opus quod per omnia
comparentur qui nasus sponse sicut turris in
canticis dicitur non quia ita longus esse habeat
ut turris sed quia per nasum discernimus ut
alte districtionis et dicitur ecclesia in platis Sed ad
hec dicam quod hebreorum filii tunc de manna man
ducabant qui iam lactis experter solidi cibi
erant capaces et dentibus terere poterant man
na illud sic et christianorum filii tunc ad eukaristie
comestionem ducendi sunt qui dentibus fidei nota
et devotionis iam uti possunt quibus manducan
dum est hoc sacramentum Sed ut pariter figura hec vel
similitudines suas tenere debent mensuratas
nec est necesse proporcionari per omnia nec
inde efficax sumitur argumentum sicut manifestum
est satis cuilibet experto Post hec allegant
glo. levitici viii super illo reliquum sanguinem
fundent per circuitum Glo dicit cum enim christus bibit
et apostolis dedit bibere intelligibilem sanguinem
super altare i. super corpus suum fudit ecclesia
autem est corpus christi Videant p. v. quid ita

Glo faciat ad propositum verum est enim quod xpus
sanguinem suum fudit super corpus suum id est
ecclesiam quia ecclesiam sanguine suo redemit et ecclesia
sanguinem suum bibit sed ad textum iacobi et modum
dicendi advertere nolumus faciat contra ipsos
quia sanguis non populo bibendus traditur
sed super altare funditur per circuitum Altare autem
locus sacrificij est ut ostendatur quod sacrati esse
debent et sacerdotes qui bibunt sanguinem
xpi Unde et in quodam sermone alberti per me
pridem ostenso ad probandum quod populo non debet
sanguis ministrari allegatur illud deuteronomii xii carni
bus hostiarum turpem vectus sanguine fundens
in altari dicit id est committens sacerdoti qui debet
esse vas specialiter consecratum et sanctum altare dig
num ad suscipiendum sanguinem domini unde glo.
super primo machabeorum iiij altare holocaustorum est fides
pura doctrina recta et conversatio bona christi ministrorum
Deinde allegant communionem assueri ubi dicitur
quod assuerus fecit convivium cunctis principibus
et pueris suis parvis et magnis bibebant etc.
ico Jam predixi quod in scriptura sacra pueri ministri
omnes vocantur sicut patet de pueris david et de
pueris abrahe ut predixi est tex in lege ff de
verborum significatione pueri appellatio nec obstat michi illud
quod dixit parvis et magnis quia in domibus
regum dicuntur parvi qui parva sciunt habent familia
magni appellantur qui multa habent clientula
etiam si etate sint minores Et ut predixi in eo alle
gatores non probant sed sunt multa dilatandi
materias pronotandi devotorum ut aliis respectibus
prout legentibus tractatum alberti que allegant
fit manifestum Et quod dicit albertus quod omnes fideles
sunt invitati ad sacrum altaris dico quod etiam
sunt invitati ad gloriam celestem ibunt tamen tempore
debito sic et intendent convivium illud tempore
veniente determinato..
Allegant deinde unum canonem Tolletani Concilij

in quo ponitur punitio eorum qui receperint eukaristiam
et excusat ab illa punitione eos qui fecerint tempore
infantie aut inqualibus nec alienatione possit et
fatemur valde pro illo canone tamquam esset concili
generalis cum tamen non sit sed sunt provinciale concilium
provincie taletan Sed quid habet ille canon nisi quod
cū tempore infantie darentur cum infantes ante post
septennium sint quodammodo nun res se illa habet
aut que sit practica apud castellam ubi illud
fuit concilium celebratum testes habemus presentes dominos
episcopos de terra illa Sicio quod in tota hispania non
petiantur cum parvulorum bene infantes modo
loquendi proprie illius in decennio vel supra in tali
etate discretionis vel devotionis bona signa in eis
videntur ad communionem sub una tamen specie admittuntur
Et est verus illius canonis sensus quia optima
legum interpres consuetudo demonstrat sicut a seni
oribus illius temporis per decursus etatum ab aliis in
aliis usque ad presens pervenit

Post predicta allegant duo canones unus est
Augustini alter ylarii qui quo ad materiam parvulorum
specialiter nichil faciunt contra eum adde sub utraque
specie iam in alia parte allegati sunt et eis responsum
Canon vero sotheris propter hoc allegatur quia
dicit ab omnibus fidelibus et ad eundem effectum
sunt pro cetera allegationes ex dictis aliorum doctorum in
quibus non apparet multum insistendum circa quo
huiusmodi locutiones intelligende sunt et de huiusmodi
accomodis distributionibus acceptis sicut legitur
aut in canone omnis christianus procuret ad missarum
solempnia aliquid deo offerre et dicat ea ad
memoriam que deus ad moysen dixit non apparebis
in conspectu meo vacuus aut nolumus dicere
quod etiam parvuli habeant offerre et ad memo
riam renovare dicerem multa similia nisi quod opus
est tempus ad meliora servare hinc enim
tales locutiones moderationes suas loca tempus

qualitatis et huiusmodi per que limitantur et sane intelliguntur

Post hec allegatur quidem canon qui habetur de con di iiij et ad illud tex glo dat intellectum quod quantum est ad eukaristiam loquatur de adultis et hoc non est absurdum quia sepe reperitur in iure quod aliqua dispositio loquitur de duobus aut tribus et tamen illud quod subiungitur non indistincte refertur ad omnes et ideo cum ibi loquitur de baptizatis ab hereticis quomodo sunt recipiendi et dicat quod muniantur et si consenserint credere firmiter manus impositione sequitur si sunt parvuli respondent pro eis illi qui eos offerunt et sic per manus impositionem eukaristie misteriis admittantur ita quod illud eukaristie misteriis referatur solum ad adultos et dicit in glo vel potest ita exponi prout supponitur dicendo esse in dictis dionisij · i · ad coronam fidelium audiendo missam et intercedendo divinis misteriis et hoc bene patitur tex cum dicit eukaristie misteriis admittantur non dicit communioni sive participationi sed misteriis a quibus infideles et etiam cathecumini repellantur est verum quod glo dicit ibi quod in aliquibus partibus est de consuetudine quod infunditur parvulis modicum de sanguine albertus vero magnus in commento super dionisium dicit quod de lotura calicis datur infantibus et hoc etiam in aliquibus partibus servatur etiam ut michi videtur ex dictis cipriani in affrica erat hec consuetudo quod de calice parvuli communicabant sed re vera apparet quod non de hostia sed dabatur ita modicum de calice quod satis erat ad intinctandum saporem et de illa pura loquitur ille canon sed quid inde si tunc affrica talem morem habebat si ciprianus ita faciebat qui etiam solum mergebat in baptismo parvulos quod intelligebat studiose adimplebat bonis operibus habundando licet in hoc nos simus delinquere

Hec verba harmonis ponit magister simarz(?) in tex. xiij li. di iij quehmoi autem observanciis non est attendendum in eo quod ab aliquibus doctoribus et in aliqua patria reperimus observata maxime de illis temporibus anti quis in quibus ecclesia nudis erat et quantum ad ritum sacerdotum et cultorum divinorum officiorum non pervenerat usque quo ad presens et expolitum modum sicut in alia parte responsionis est per me latissime declaratum et in quadam patria sic in alia servabantur multa Unde repetendum est hic illud verbum augustini li. di. ut terminetur non inde putanda est super vacua posteriorum doctorum diligentia qui ubi saluti nichil detrahebatur humilitati aliquid addiderunt Nam certe procultu divino et vita sacerdotum multo decentius sunt ista posteriora tempora ordinata Si enim voluimus attendere illis antiquis temporibus quod illi aut illi doctores dixerunt aut practicaverunt veniremus in multas diversitates et labores per sanctos predecessores habitum ad reducendum illas diversitates in unum et ad ducendum in aliud expolitum et debitum ritum irritos faciemus et ut ita dicam ac si unum iam depuratum a cogitando vegete ad turbidum sue novitatis reducamus statum Sed videndum est quid per doctores faciendum et declaratur fundatis rationibus et motivis prout inferius deo duce videbuntur Ceterum etiam si licet hoc facere consentaneum est moribus primum illud ne errorem armenorum fovere videamur ut putetur sacramentum baptismi inefficax esse nisi ei sacramentum altaris sub ceptio adiungatur Quod quam sit ineptum quamque detrahat dignitati et necessitati sacramenti baptismatis et contrarietur catholice veritati iam supra est deductum Legimus enim a toletana synodo prohibitum fuisse ne quis in baptismo trinam faceret mersionem ne sabellianitarum heresi viderentur qui non ter mergentes baptizatos non esse homines asserebant Sed et propter quosdam qui affirmabant

Gnale baptisma in die epiphonie fieri debet quia die xpus
fuerat baptizatus sunt prohibitum nequis tali die baptiza
retur nisi necessitas instigaret nulla similia sed leguntur
apribus quod propter tales causas etiam licita prohibu
erunt Venio nunc ad dicta iohannis Crisostomi Que dicta sunt
in sermonibus admonitis baptizatos Unde manifestum
est quod loquitur de adultis preterea de illis appositionibus ad xpi
sanguinem quas facit quomodo intelligende sunt iam satis in
alia parte dictum sunt
Post hoc veniant quedam dicta beati augustini et pascha
sii ad que iam in alia parte mee conclusionis sunt
datum sufficiens ideo repetere non est opus
Consequenter allegat quoddam dictum venerabilis Bede
in quo allegorizat circumcisionem ad baptismum et
oblacionem in templo quod xani debent ingredi ad altare Et
Hec allegorizatio recte intellecta non obstat et enim
quod post tempora purgationis pueri offerebant in templum
et offerebatur pro eis oblatio sicut et nunc xpiani post
aliquos dies post quam baptizati fuerunt ad ecclesiam
ducere ut pro eis sacra hostia immoletur videlicet illud
unicum et singulare sacrificium corporis et sanguinis
domini nostri Et ideo solent xpiane mulieres mulieres
post tempus puerperii ad ecclesiam venire puerosque ad
ducere et missa audire aliquamque oblationem deo pro
gratiarum actione offerre
Ad sequencia vero dicta eiusdem bede Rabani Remigii
et Bonaventure qui in hoc sonant quod ista sacra
baptismus confirmatio eukaristia dantur omnibus
qui accedunt ad fidem iam supra dictum est quod intelli
guntur temporibus suis et ipse dominus Bonaventura
in compendio suo dicit quod capacitas nostra ad xpm
efficaciter suscipiendum non est eterne sed in spiritu
non invenitur sed in mente mens non attingit
xpm nisi per cognitionem et amorem facit pro
ponens unum argumentum Et ideo ista duo sacra
debent simul esse quia ex latere xpi exiuit aqua
et sanguis prius aqua dicitur postea sanguis Ego nescio
vnde hoc traxit verum in ewangelio Iohannis contrario
ordine ponitur prius sanguis postea aqua ut/

in tex to legitur manifeste Ad Illud quod allegat proponens
ex dictis Innoc ego illud no vidi in illo ope Innoc
de missa ubi tractat ma͞m istius sacri talis finis non
habetur quesivi ab ipis proponentibus dixerunt
i alio libro Innoc qui summa de sacris vocatur se
legisse ponat q ita sit q Innoc dixerit illa vba
que ipi dicunt ibi recitans divise opiniones quo
aliqui dixerunt eukaristias esse danda parvulis alij
dixerunt q no Et sic apparet inter illos qui illo
tpe de hac matia consultabant varias fuisse sitias
et contrarias opiniones sicut et illo tempore dcultas
canit opiniones contrarie inter doctores Et ipe Innoc
pcedisoris sui illius tractatus de missa plura indecisa
dimittit contrarijs vel diversis opinionibus recitatis
Sz et illam questionem an parvulis in baptismo
infundatur gra et virtutes recitatis contrarijs doctorum
opinionibus indecisam relinquit in e mandes
de baptismo que est hodie determinata in cle
unica de su. tri. melius ergo est declaro fonte
bibere quam de turbato ...

Cum ergo videamus q doctores no unius sed
multi no varias opiniones recitando sz de
terminando no palpando Sz firmo gressu viriliter
incedendo determinant Subsistemus in hoc
paululum primo ut alijs proponentium allega
toribus satis fiat quod est breviter expeditum q
iam pars restat qua no allegant ultius nisi
agenda eccle pragensis et quemdam librum ponti
ficalem que se vidisse dicunt Ad quo breviter dico
quid in libro agende pragensis legatur ignoro q
illud no vidi Vere scio q an no multos anos
parvulorum co͞io no practicabatur magna parte
ipius regni neque modernis tpibus practicata
fuit in omnibus ecclijs Civitatis neque ecclijs dicti
regni ymo nec in omnibus ecclijs civitatis pge
quare magis credendum est q talis liber agende
pro autentico non habetur

De libro autem pontificali no possum aliud dicere

declaro fonte bibe semp

nisi quod ego vidi multos tales libros nunquam quid tale
legi. Pono etiam quod doctores tractantes talem materiam
si ita esset fecissent aliquam mentionem nec in hiis nimium
insisto ubi habeo apertissimas determinationes doctorum
Item allegant illam glo. ff. de nonis d. 1. q. in i. co.
Invenienti de tribus que dicit quod quique sunt sanctam necessitatem
et duo voluntatis de quibus in alia parte iam
latissime dictum est —

Finaliter allegant quedam dicta sancti thome que
sonantur videre per indirectum ad propositum. Sed quod
ipse sanctus thomas de dicta q. determinet iam ego supra dixi
ponendo dictum suum prout ipse determinat in illa parte
summe sue. Sed iterum super iiii sententiarum di. ix ad. h. in tertia
arguit an pueris dandum sit corpus christi. Ubi dicit sanctus thomas
quod pueris carentibus usu rationis qui non possunt distinguere
inter cibum spiritualem et corporalem non debet eucharistia
dari quamvis quidem greci contrarium teneant. Irrationabiliter
autem quia ad eucharistie sumptionem exigitur actualis
devotio quam tales pueri habere non possunt. Pueris autem
incipientibus iam habere rationem et discretionem etiam ante
perfectam etatem puta cum sint x vel xi annorum etiam hoc
potest dari si in eis signa discretionis appareant et devotionis.
Et allegat augustinus in libro confessionum dicentem
cum talis iste est grandium pueri autem non sunt grandes
in fide. Et si obicitur vita spiritualis sicut est
per baptismum ita et per eucharistiam omnia dicitur
io. vi qui manducat me ipse vivet propter me.
Sed pueris datur baptismus ut habeant spiritualem vitam
ergo et similiter dari debet eucharistia. Respondeo quod
per baptismum datur primus actus vite spiritualis unde
est de necessitate salutis et ideo pueris baptismus dandus
est. Sed et per eucharistiam datur complementum spiritualis
vite. Et ideo illis qui possunt esse capaces perfectionis
fidei que est per actualem devotionem debet dari prout habetur
de con. di. iiii in ecclesiis ubi dicit non cogitetis
vitam habere non posse qui sunt expertes corporis
et sanguinis domini et loquitur de pueris intelligendum

est quantum ad rem sacri que est unitas extra
quam non est salus neque vita et non quantum
ad sacramentalem manducacionem eiusdem sine est idem
doc in postilla super ewan vi ac vi c et in aliis lo
cis doctrine sue. Item albertus in commento eiusdem
ierarchie c. dyo. c. vii. g vii super verbo simbolorum
dicat sic i. corporis et sanguinis xpi sed hoc indeter
dicat esse fm quia pueris non datur totum corpus xpi dicendum
quod non intelligitur quod detur eis post baptismum dum
adhuc sunt lactantes sed qui aliquantulum creverint
sicut qui sunt xi annorum erat consuetudo eis dare ut
nutrientur et assuescerent sequi divina. Vel aliter
potest dici quod non dabatur corpus xpi eis sed aliquid
de lotura calicis in qua remansit aqua post san
guinis sicut est consuetudo adhuc apud aliquas
ecclesias ut aliquo modo participes divinorum efficerentur
hec albertus
Ad idem est Nicolaus de lyra super ab vi c. Expo
nens illud nisi manducaveritis etc. sed obicitur
inquit de parvulis baptizatis qui salvantur nec
umquam manducaverunt sacramentaliter vel spiritualiter
Et respondet quod duplex est manducacionis effectus
scilicet incorporatio et conservatio nullus salvatur
nisi membrum et nisi conservetur a xpo unde sine
effectu manducationis nullus salvatur ideo
dicitur manducatio necessaria. Verum autem in parvulis
divina largitate potest esse effectus manducationis
sine manducatione ideo salvatur et etiam sine
manducatione quantumque in adultis autem non potest
esse incorporatio sine confirmatione sine man
ducatione spirituali que est per fidem et carita
tem sed potest esse sine sacramentali ideo hec est necessaria
adultis sacramentalis autem et si non sit de necessitate
tamen multam prestat utilitatem quia virtutes sacri
augent in nobis omne bonum
Item Nicolaus de lyra super eodem verbo sic dicit
notandum quod ex hoc quod dicitur hic nisi manducaveritis etc.
dicunt greci quod hoc sacramentum est tante necessitatis quod pueris

debet dari sic et baptismus quod e plus q̄ i simonet p
hoc sacrm̄ requiruntur actualis deuocio et reuerencia
que non sunt in pueris et io ubi quod i portat
preceptum tantummodo intelligit de adultis quibus necessarium
est ad salutem hoc sacrm̄ accipe saltem in voto si
no possit hr̄e in re
Item ad idem hanibaldus sup iiij sniar di x ar
iiij in solucione iiij di dcimsitulus dicendum q̄ si sint
in etate apta ad diiudicandum et reuerendum corpus
dm̄ al ꝑ etatem adulta sz x vel xij annorum si apparent
signa reuerencie et discrecionis pnt sumē alt non
Item thomasinus super iiij di iiij querit specialiter
ar° sic utrum pueris sit dandam eukaristie sacrm̄
respondet sic dicendum q̄ ad suspcioz illius sacrm̄ requi
ritur spealis deuocio et actualis io solum dandum
est illis hoc sacrm̄ qui p actualem sanū distingwe
inter cibum corpalem et spūalem pueri ante
iudicio racionis carentes istam distinctionem no hnt nec
etiam deuocionem et ideo no est talibus administrandum
sacrm̄ totius deuocionis sz pueris incipientibus
hr̄e iam aliqualem deuocionem et discrecionem etiam ante
etatem perfectam ut pote cum sunt x vel xi annorum
pot dari cum in eis aliqua signa deuocionis apparent
Iste est alius est gra dnd sm̄ 2btm aug io etiam
no debz dari nisi grandibus in fide et sic argumentum
in contrarium primo q̄ p baptismum aliquis asscribitur
ad suspcioz corporis xpi unde et baptizatis con
fendum est ut dicit 2btus dionisius sz pueri
sunt baptizati ergo corpus xpi eis est dandum
scdo sic baptismus ordinat in uitam spūalem
ita et eukaristia ergo dz eis dari ad primum dicendum
q̄ pueri baptizati acquirunt ius percipiendi x
corpus no statim sz tpe competenti sicut et
ius percipiendi hereditatem quamvis eam non
statim possideant dyo aut loquntur de ritu baptismi
quo ad adultos ad scdm̄ dicendum q̄ cum p baptm
detur primus actus vite spūalis qui incoacius
ad uitam spūalem baptismus est de necessitate salutis
statim sz per eukaristiam datur statim complementum
uite spūalis et io dz dari illis qui sunt capaces

perfectionis sunt re per actualem devocionem thomas pius
Item petrus de palude sup. di. ix. q. iiij. ar. ult.
sic dicit de impubibus sunt due conclusiones
prima quod impuberes qui carent penitus ratione ut
ante septem annos vel infanciam etas quod inde
ignoratur ut dicitur C. de fal. mo. l. h. non com-
municandi quamvis greci consuetudinem faciant. Prima dicitur
prima corinth. xi peccatum non diiudicans corpus
domini ex quo non videtur non debet dari nisi diiudi-
canti actu vel habitu quod non est in illo qui non
habet nec unquam habuit iudicium racionis. Secunda con-
clusio est si habet aliquam devocionem ut circa x vel
xi annum quia innocencia recompensat ignoranciam
potest communicari hec petrus
Eiusdem sentencie est frater iohannes in summa libro iij ti. xxiiij.
q. lxxxiiij. dicens quod pueris carentibus usu racionis
qui non possunt distinguere inter cibum corporalem et spiritua-
lem non est eukaristia danda quamvis quidem greci
consuetudinem teneant irracionabiliter autem quia ad
eukaristie sumpcionem exigitur actualis devocio
quam tales pueri habere non possunt. Pueris
enim incipientibus iam habere aliqualem discrecionem eciam
ante perfectam etatem puta cum sunt x vel xi annorum
aut circa hoc si in eis signa discrecionis et
devocionis appareant. Est eiusdem sentencie que
in sorma bartholomeus pisanus in summa
sua vocabulo communicare et corpus christi sumere
Item ad idem est hostiensis in summa li. iiij ti.
xviij. ar. iiij. q. ix. di. quod eadem racio est de pueris
recenter natis et de amentibus qui nunquam
habuerunt usum racionis etc. sicut supra de sex. ad um.
Et addit quod si puer est in etate apta ad di-
iudicandum et recipiendum corpus christi domini vel
prope etatem adultam anno x vel xi tunc
si apparent in eo devocionis et reverencie
potest sumere alias non
Item summa summarum parte tercia de cele. miss. iiij subpo.
de corpore et sanguine domini sic dicitur an corpus
christi debeat dari pueris et in qua etate dicatur

ex pueris carentibus usu rationis qui non possunt distin-
guere inter corporalem et spiritualem cibum non debet eucaristia
dari quia ad eucaristie sumptionem requiritur actualis
devocio pluries tamen pueri sunt discretiores etiam ante perfectam
etatem puta cum sunt xii annorum vel circa et tunc pos-
set eis si in eis signa discretionis et devotionis appareat
Item petrus de tharantasia super iiii sententiarum di ix 20 pro-
blemate ar iii ita dicit ad id de infantibus video
si sunt in etate apta ad diiudicandum et venerandum
corpus domini vel prope etatem adultam scilicet x vel xi annorum
tunc si apparent in eis signa reverentie vel discretionis
possunt sumere alias non
Item Richardus de media villa super iiii di ix ar iii
ita dicit et quia reverentia que debetur corpori xpi exi-
git ut ipsum suscipiens diligenter recogitat quid
accipit quod infantes et furiosi facere non possunt
ideo dari non debet infantibus nec illis qui sunt furiosi
Ad idem compendium veritatis catholice quod
non fecit sanctus thomas ut aliqui putant sic in capit-
ulo abstinent quidem a communione propter culpam
quam per aliqui sine culpa sed propter sacramenti reverentiam
et ita propter reverentiam sacramenti fit exclusio triplex
a communione Prima propter reverentiam sacramenti exterioris
et sic excludit pollucio et immundicia spiritualis
Secundo propter reverentiam rei contente sub formis
et sic excludit defectus iudicii rationis pueris et
amentibus Tercia propter reverentiam rei signi-
ficate .i. unitate corporis mistici et sic excludit
vinculum interdicti vel suspensionis vel excommunicationis
etiam iniuste Si ergo pro sola reverentia sine
omni culpa excluduntur multi a communione hoc
patet in pueris qui tamen si sunt prope etatem
adultam scilicet in x vel xi anno et apparent in
eis signa reverentie vel discretionis possunt sumere alias non
Item Richardus qui illum librum scripsit contra errores
Armenorum in xx li c viiii sic dicit Quod tamen
non est negandum sed firmiter affirmandum

Sumptio sacramentalis corporis et sanguinis saluatoris
multum prodest fidelibus ad vitam spiritualem augendam
sed hoc non facit nisi per fidem sicut superius ostendi
Unde constat ecclesiam quoslibet cuiuslibet etatis cum
non liceat cum sacramento aliquid superflue vel ociose
conferre Superflue autem et ociose conferret cuicumque
non habenti sufficientiam rationis aut saltem
actum expressum fidei per quam siue per quem possit
ex fide illud recipere quia in tali nullum fructum operaretur
Unde paulus expresse hoc innuit cum dicit i. ad chor.
xi Sicut superius posui probet autem se met ipsum homo
et sic de pane illo edat et de calice bibat Vult
quod vnusquisque qui sacramentum debet sumere se ipsum primo pro-
bet quod nullus potest nisi adultus vel qui discretionem
sufficientem habeat cognoscendi et credendi ea que
sunt fidei christiane
Ecce quam clare quam manifeste quam optimis
modis et rationibus tot isti doctores loquuntur non dubito
nisi prohibuisset temporis breuitas plures ad hunc congre-
gassem doctores sed recte apud omnes pias mentes isti
sufficiant qui non ignari verborum dyonisii nec aliorum
allegatorum sed habentes magnam peritiam scripture diuine
et de scriptis antiquorum doctorum ita diffiniunt concorditer
omnes Et nichilominus allegatis pro proponentes
satis sunt quia ut per me iam dictum sunt ex tenore con-
pactorum tenentur se in hoc ritu vsibus ecclesie confor-
mare quod recte facere debent amabiliter et libenter
pelligentes Romane ecclesie ritibus conformari a qua
exordia fidei terra suscepit apud quam recte fide secundo
incorrupta primum seruatur integritas ubi respicite terra
secundo domini sermonis pluralitatem centeno fructu re-
fert Et ritus sacramentorum accipere ab inde ubi abrup-
ta falcis frumenta lolium fenum auenasque ac generatione
carne leguntur in c. cum vetus orientis xxiiii q. i.
Suscipiant hec omnes deuoti cum caritate et beniuolo
amore deposito Et vos patres reuerendissimi corrigite
supplete et emendate omnia premissis per me protesta-
cionibus semper in suo et deus omnipotens confirmet

qui nos in fonte baptismatis regeneravit ad vitam sic in
hac vita fide recta castisque et sibi acceptis moribus
vivere gratia sua concedat ut pervenire mereamur
omnes ad vitam et ad gloriam sempiternam Amen etc. finis

Eugenius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei
memoriam Exultate deo adiutori nostro iubilate deo Iacob Omnes
ubique qui nomine censentur christiano Ecce enim iterum deus recordatus
misericordie sue aliud dissidii lapidem nongentis et amplius
inveteratum annis de ecclesia sua auferre dignatus est Et qui facit
concordiam in sublimibus et in terra pax est hominibus bone volun-
tatis optatissimam Armenorum unionem sua ineffabili mise-
ratione concessit Benedictus deus et pater domini nostri Ihesu Christi
pater misericordiarum et deus totius consolationis qui consola-
tur nos in omni tribulatione nostra Intuens namque piissimus deus ecclesiam
suam modo ab hiis qui foris sunt modo ab hiis qui intra non
parvis agitari turbinibus ut inter ipsos respirare angustias
et ad resistendum fortior assurgere valeat multis eam quotidie
modis consolari et roborare dignatur Nam et pridem magnam
illam Grecorum unionem multas longe lateque continentium nationes
et linguas Hodie vero hanc ipsam Armenici populi qui per septen-
trionem et orientem magna copia diffusus est in eodem fi-
dei et caritatis vinculo cum sede apostolica stabilivit Hec
profecto tam magna et mira sunt divine pietatis beneficia
ut non solum pro utroque sed ne quidem pro altero satis dignas
sue maiestati referre grates possit intellectus humanus Cuius
non vehementer admiretur uno eodemque tam brevi tempore
duo preclara et tot seculis desiderata opera in hoc sacro
concilio fuisse tam feliciter consummata Vere a domino factum
est istud et est mirabile in oculis nostris Que enim hominum prudentia
vel industria nisi gratia dei et cepisset et perfecisset has tales
et tantas res complere potuisset Laudemus igitur et toto corde

Benedicamus dominum qui facit mirabilia magna solus. Ipsi ergo psallamus
spiritu psallamus et mente ore quoque et opere quantum sinit humana fragilitas
pro tantis muneribus gratias agamus. Orantes et obsecrantes ut
quemadmodum ipsi Greci atque Armeni unum cum ecclesia Romana
effecti sunt ita fiant et cetere nationes presertim Christi caractere
insignite et totus demum populus christianus omnibus undique bellis
extinctus mutua invicem pace ac fraterna caritate quiescat
et gaudeat. Ipsos autem Armenos magnis laudum preconiis di-
gnos esse merito censemus ut primum enim a nobis ad synodum
accersiti sunt tanquam ecclesie amici unitatis spectabiles devotos
et doctos oratores suos cum sufficienti mandato de suscipiendo videlicet
quicquid spiritus sanctus hanc sanctam synodum illustrans ex remo-
tissimis regionibus per multos labores maris et pericula ad nos ad
hoc sacrum concilium destinarunt. Nos vero tota mente ut nimirum pa-
storale debebat officium cupientes tam sanctum perficere opus cum
ipsis oratoribus de hac sancta unione contulimus. Et ne vel pa-
rva huius sancte rei dilatio fieret deputavimus de omni statu
huius sacri concilii viros iuris divini et humani doctissimos
qui cum omni cura studio quoque et diligentia rem istam cum ipsis per-
tractarunt oratoribus ab eis accurate inquirentes eorum fidem
tam circa divine unitatem essentie et divinarum personarum
trinitatem quam domini nostri Ihesu Christi humanitatem et septem
ecclesie sacramenta et alia ad fidem ortodoxam et ritus universalis
ecclesie pertinentia. Multis itaque adhibitis disputationibus colla-
tionibus et tractatibus post etiam non mediocrem testimoniorum
inspectionem que ex sanctis ecclesie patribus et doctoribus deducta
sunt et earum de quibus agebatur rerum discussionem tan-
dem expedire iudicavimus ne ulla in futurum de fidei veritate apud
ipsos Armenos hesitatio esse valeat atque idem per omnia sapiant
cum sede apostolica unioque ipsa stabilis ac perpetua sine ullo scrupulo
perseveret ut sub quodam brevi compendio ortodoxe fidei veritatem
quam super premissis Romana profitetur ecclesia per hoc decretum
sacro hoc approbante florentino concilio ipsis oratoribus ad hoc
etiam consentientibus tradamus. In primis eis damus

est sanctum simbolum a centum quinquaginta episcopis in venerando Constantinopolitano concilio editum cum illa additione
filioque ipsi simbolo declarande veritatis gratia et urgente necessitate
licite ac rationabiliter apposita. Cuius tenor talis est Credo
in unum deum etc. Hoc autem simbolum sicut apud latinos mos est
ita decrevimus per omnes Armenorum ecclesias intra missarum solempnia
saltem dominicis diebus et maioribus festivitatibus decantari
vel legi. Secundo tradimus diffinitionem quarti universalis concilii Calcedonensis
in quinto post et vi universalibus conciliis renovatam de duabus naturis
in una Christi persona. Cuius tenor talis est Sufficeret quidem sapiens
hoc et salutare divine gratie simbolum ad plenam cognitionem et confir-
mationem pietatis. De patre enim et filio et spiritu sancto perfectionem docet et
domini humanationem fideliter accipientibus repręsentat. Sed quia hii qui
conantur reprobare predicationem veritatis per suas hereses novas
voces genuerunt et hii quidem presumentes corrumpere misterium dis-
pensationis domini que propter nos facta est. Alii vero introducentes con-
fusionem permixtionem quoque et stulte confingentes unam esse naturam carnis
et deitatis et portentuose dicentes passibilem unigeniti divinam
naturam. Ob hoc volens claudere illis omnem machinationem contra veri-
tatem nunc sancta et magna atque universalis sinodus predicationem hanc do-
cens ab initio immobilem decrevit ante omnia fidem trecentorum
et x decem et octo sanctorum patrum manere intemerabilem
Et posteriore tempore per illos quidem qui pugnant adversus sanctum
spiritum corroborat doctrinam de substantia spiritus traditam a patribus
centum quinquaginta apud Constantinopolim congregatis quam
illi omnibus notam fecerunt non quasi invenientes quod aliquid minus
esset in precedentibus sed eorum intellectum de sancto spiritu scripturarum
testimoniis declarantes adversus eos qui dominationem eius respuere
temptaverunt. Propter illos autem qui molimuntur corrumpere dis-
pensationis misterium et impudenter delirant dicentes purum hominem
esse illum qui ex sancta Maria virgine natus est suscepit epistolas
sinodicas beati Cirilli condam presulis ecclesie Allexandrine
ad Nestorium et ad orientales congruas existentes ad convincendas
Nestorii vesanias et ad interpretationem eorum qui salutaris simboli
intentum pio zelo nosse desiderant quibus etiam consequentissime
epistolam cooptavit magne et senioris urbis Rome presulis bea-

tissimi ac sanctissimi leonis pape que scripta est ad sancte
memorie archiepiscopum flauianum ad peremendam eutichis mala
intelligentiam utpote congruentem illius magni petri confes-
sioni et quendam nobis communem quandam columpnam aduersus
praua dogmata et ad confirmationem rectorum dogmatum. Hiis
namque qui in duos filios dispensationis diuine misterium discerpe-
re nituntur obsistit. Et illos qui passibilem deitatem unigeniti
ausi sunt dicere a sacro cetu expellit. Et hiis qui in duabus na-
turis christi temperamentum aut confusionem excogitant resistit. Et
eos qui dicunt serui formam quam ex nobis assumpsit celestem esse
aut alterius alicuius substantie ut deuiatos abigit. Et qui duas quidem
ante unionem naturas domini fabulantur unam vero post unionem
confingunt anathematizat. Sequentes igitur sanctos patres
unum eundemque confiteri filium dominum nostrum ihesum christum consonanter
omnes docemus eundem perfectum in deitate eundem perfectum in hu-
manitate deum verum et hominem verum eundem ex anima rationali
et corpore consubstancialem patri secundum deitatem et consubstancialem nobis
secundum humanitatem per omnia nobis similem absque peccato. Ante secula
quidem de patre genitum secundum deitatem in nouissimis autem diebus
eundem propter nos et propter salutem nostram ex maria virgine dei geni-
trice secundum humanitatem unum eundemque christum filium dominum unigenitum
in duabus naturis inconfuse immutabiliter indiuise inseparabiliter
agnoscendum nusquam sublata differencia naturarum propter unionem magisque
salua proprietate utriusque nature et in unam personam atque subsi-
stenciam concurrente non in duas personas partitum siue diuisum
sed unum et eundem filium unigenitum deum verbum dominum ihesum christum
sicut ante prophete de eo et ipse nos ihesus christus erudiuit et sanctorum
patrum nobis tradidit simbolum. Tercio diffinicionem de duabus
voluntatibus duabusque christi operationibus in predicto sexto concilio
promulgatam cuius tenor talis est. Sufficeret quidem etc. Re-
liqua que in ipsa diffinicione concilii calcedonensis superius enarra-
ta sequuntur usque ad finem. Post quem sequitur in hunc modum
Et duas naturales voluntates in eo et duas naturales operationes
indiuise inconuertibiliter inseparabiliter inconfuse secundum
sanctorum patrum doctrinam adeque predicamus et duas naturales
voluntates non contrarias absit iuxta quod impii asseruerunt

hereticum sed sequentem humanam eius voluntatem et non resistentem
vel reluctantem semel potius et subiectam divine eius atque
omnipotenti voluntati Oportebat enim carnis voluntatem moveri
subici vero voluntati divine iuxta sapientissimum Athanasium Sicut
enim eius caro dei verbi dicitur et est Ita et naturalis carnis eius
voluntas propria dei verbi dicitur et est sicut ipse ait Quia de-
scendi de celo non ut faciam voluntatem meam sed eius qui misit
me patris suam propriam dicens voluntatem que erat carnis
eius Nam et caro propria eius facta est Quemadmodum enim sanctissima
atque immaculata animata eius caro deificata est non est perempta
salvata autem magis est secundum deiloquum Gregorium dicentem Nam
velle illius qui in salvatore intelligitur non est contrarium deo dei-
ficatum est totum Duas autem naturales operationes indivise inconvertibiliter
inconfuse inseparabiliter in eodem domino ihesu christo vero deo nostro
glorificamus hoc est divinam operationem et humanam operationem secundum divinum
predicatorem Leonem apertissime asserentem Agit enim utraque
forma cum alterius communione quod proprium est verbo scilicet operante quod
verbi est et carne exequente quod carnis Nec enim in quoquam
unam dabimus naturalem operationem dei et creature ut neque quod creatum
est in divinam educamus essentiam neque quod eximium est divine nature
ad competentem creaturarum locum deiciamus Unius enim eiusdem
tam miracula quam passiones cognoscimus secundum aliud et aliud
earum ex quibus est natura Et in quibus habet esse sicut
admirabilis inquit Cirillus Undique igitur inconfusum atque indivisum
conservantes unum sancte Trinitatis brevi voce cuncta profi-
temur Et post incarnationem dominum nostrum ihesum christum verum deum
esse credentes asserimus duas eius esse naturas in una eius
radiante subsistentia in qua tam miracula quam passiones per omnem
sui dispensationem conversatus non per fantasiam sed veraciter
hec demonstravit ob naturalem differentiam in eadem una subsistentia cog-
noscendam dum utraque natura cum alterius communione indivise propria
vellet atque operaretur iuxta quam rationem et duas naturales voluntates
et operationes confitemur ad salutem humanam convenienter
in eo concurrentes Quarto quod dicunt ipsi Armeni preter
has tres Nicenam Constantinopolitanam et Ephesinam
primam synodos nullas alias universales postea celebratas nec

ipsum beatissimum virum sancte sedis antistitem Leonem cuius
auctoritate ipsa Calcedonensis synodus extitit congregata suscepimus
asserentes eidem fuisse suggestum tam synodum ipsam Calcedo-
nensem quam memoratum Leonem secundum dampnata Nestorii heresi
diffinitionem fecisse instruximus eos et declaramus huiusmodi
falsam fuisse suggestionem. Ipsam quoque synodum Calcedonensem et
beatissimum Leonem sancte et recte veritatem de duabus in una
persona Christi naturis superius descriptam diffinivisse contra im-
pia Nestorii et Eutichetis dogmata diffinimus ut ipsum beatissimum
Leonem qui vere fidei columpna fuit, et omni sanctitate
et doctrina refertus tanquam sanctum Et in cathalogo sanctorum me-
rito descriptum de cetero reputent et venerentur atque non solum
dictas tres synodos sed omnes alias universales auctoritate Romani pon-
tificis legittime celebratas sicut et ceteri fideles venerentur
suscipiant. Quinto ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro ipsorum
Armenorum tam presentium quam futurorum faciliori doctrina sub
hac brevissima redigimus formula. Nove legis septem sunt — De 7 sacramentis nove legis
sacramenta videlicet Baptismus Confirmatio Eucaristia Penitentia
Extrema unctio Ordo et Matrimonium. que multum a sacramentis
differunt antique legis Illa enim non causabant gratiam sed eam solum
per passionem Christi dandam esse figurabant. Hec vero nostra et
continent gratiam et ipsam digne suscipientibus conferunt. Horum
quinque prima ad spiritualem uniuscuiusque hominis in se ipso perfectionem
duo ultima ad totius ecclesie regimen multiplicationemque ordinata
sunt. Per baptismum enim spiritualiter renascimur. per confirmationem au-
gemur in gratia et roboramur in fide. Renati autem et roborati nutrimur
divina eucaristie alimonia. Quod si per peccatum egritudinem incurrimus anime
per penitentiam spiritualiter sanamur. Spiritualiter etiam et corporaliter prout
anime expedit, per extremam unctionem. per ordinem vero ecclesia
gubernatur et multiplicatur spiritualiter. per matrimonium corporaliter augetur.
Hec omnia tribus perficiuntur videlicet rebus tanquam materia, verbis
tanquam forma. et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione
faciendi quod ecclesia facit. Quorum si aliquod desit non perficitur
sacramentum. Inter hec sacramenta tria sunt Baptismus Confirmatio
et ordo que caracterem id est spirituale quoddam signum a ceteris distinctivum
in anima imprimunt indelebile. unde in eadem persona non reiteratur

Reliqua vero quatuor caracterem non imprimunt et reiterationem
admittunt. Primum omnium sacramentorum locum tenet sanctum baptisma
Baptismus
quod vite spiritualis ianua est et per ipsum membra Christi ac de
corpore efficimur ecclesie. Et cum per primum hominem mors introierit
in universos nisi ex aqua et spiritu renascimur non possumus ut inquit
veritas in regnum celorum introire. Materia huius sacramenti est
aqua vera et naturalis nec refert frigida sit an calida. Forma autem
est: Ego te baptiso in nomine patris et filii et spiritussancti. Non
tamen negamus quin per ipsa verba: Baptisetur talis servus
Christi in nomine patris et filii et spiritussancti, vel: Baptisatur manibus
meis talis in nomine patris et filii et spiritussancti, verum perficiatur
baptisma. Quoniam cum principalis causa ex qua baptisma virtutem habet
sit sancta trinitas, instrumentalis autem sit minister qui tradit
exterius sacramentum, si exprimitur actus qui per ipsum exercetur ministrum
cum sancte trinitatis invocatione perficitur sacramentum. Minister huius
sacramenti est sacerdos cui ex officio competit baptizare. In casu autem
necessitatis non solum sacerdos vel dyaconus sed et laycus vel mulier
ymo paganus et hereticus baptizare potest dummodo formam servet
ecclesie et facere intendat quod facit ecclesia. Huius sacramenti effectus
est remissio omnis culpe originalis et actualis, omnis quoque pene que
pro ipsa culpa debetur. Propterea baptizatis nulla pro peccatis preteritis
iniungenda est satisfactio sed morientes antequam culpam aliquam
culpam committant statim ad regnum celorum et ad dei visionem
perveniunt. Secundum sacramentum est confirmatio cuius materia est crisma
Confirmatio
confectum ex oleo quod nitorem significat conscientie et balsamo
Forma confirmationis
quod odorem significat bone fame per episcopum benedicto. Forma
minister ordinarius
autem est: Signo te signo crucis et confirmo te crismate salutis
in nomine patris et filii et spiritussancti. Ordinarius minister est episcopus.
et cum ceteras unctiones simplex sacerdos valeat ~~hanc~~ exhibere
hanc non nisi episcopus debet conferre quia de solis apostolis legitur quorum
vicem tenent episcopi quod per manus impositionem spiritum sanctum dabant
quemadmodum actuum apostolorum lectio manifestat. Cum enim audissent
inquit apostoli qui erant Ierosolimis quia recepisset
Samaria verbum dei miserunt ad eos Petrum et Iohannem.
Qui cum venissent oraverunt pro eis ut acciperent spiritum sanctum:
nondum enim in quemquam illorum venerat sed baptisati
tantum erant in nomine domini Ihesu. Tunc imponebant manus super illos

et accipiebant Spiritum sanctum. Loco autem illius manus impositionis datur
in Ecclesia confirmatio. Legitur tamen aliquando per apostolice sedis
dispensationem ex rationabili et urgente admodum causa simplicem sacerdotem
chrismate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sa-
cramentum. Effectus autem huius sacramenti est quia in eo datur Spiritus
sanctus ad robur sicut datus est apostolis die Pentecostes ut videlicet
christianus audacter Christi confiteatur nomen. Ideoque in fronte ubi
verecundie sedes est inungitur confirmandus ne Christi nomen confiteri
erubescat et precipue crucem eius que Iudeis est scandalum
gentibus autem stultitia secundum apostolum. Propter quod signo crucis signatur.
Tercium est Eucaristie sacramentum cuius materia est panis triticeus
et vinum de vite cui ante consecrationem aqua modicissima
admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur quoniam iuxta testimonia
sanctorum patrum et doctorum Ecclesie pridem in disputatione exhi-
bita creditur ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse
sacramentum. Deinde quia hoc convenit dominice passionis repre-
sentationi. Inquit enim beatus Alexander papa quintus a beato Petro
in sacramentorum oblationibus que intra missarum solempnia Domino offeruntur
panis tantum et vinum aqua permixtum in sacrificium offerantur.
Non enim debet in calice Domini aut vinum solum aut aqua sola offerri
sed utrumque permixtum quia utrumque, id est sanguis et aqua, ex latere
Christi profluxisse legitur. Tum etiam quod convenit ad significandum huius sacramenti
effectum qui est unio populi christiani ad Christum. Aqua enim populum significat secundum
illud Apocalypsis: Aque multe populi multi. Et Julius papa secundus
post beatum Silvestrum ait: Calix dominicus iuxta canonum preceptum vino
et aqua permixtus debet offerri quia videmus in aqua populum intelligi, in vino
vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum et aqua miscetur
Christo populus adunatur et fidelium plebs in quem credit copulatur et
iungitur. Cum ergo tam sancta Romana Ecclesia a beatissimis
apostolis Petro et Paulo edocta quam reliquae omnes Latinorum
Grecorumque Ecclesie in quibus omnis sanctitatis et doctrine lumina claruerunt
ab initio nascentis Ecclesie sic servaverint et nunc servent inconveniens
admodum videtur ut alia quevis regio ab hac universali et rationabili discre-
pet observantia. Decernimus igitur ut etiam ipsi Armeni se cum uni-
verso orbe christiano conforment eorumque sacerdotes in calicis oblatione
paululum aque prout dictum est vino admisceant. Forma huius
sacramenti sunt verba salvatoris quibus hoc conficit sacramentum. Sacerdos enim

Eukaristia

Forma huius sacramenti

In persona Christi loquens hoc conficit sacramentum Nam ex vi verborum virtute substantia
panis in corpore Christi et substantia vini in sanguinem convertuntur Ita tamen
quod totus Christus continetur sub specie panis et totus sub specie vini Sub
qualibet quoque parte hostie consecrate et vini consecrati separatione facta totus
est Christus huius sacramenti effectus quem in anima operatur digne sumentis
est adunatio hominis ad Christum Et quia per gratiam homo Christo incorporatur
et membris eius unitur consequens est quod per hoc sacramentum in sumentibus
digne gratia augeatur omnemque effectum quem materialis cibus et potus
quoad vitam ~~operatur spiritualem~~ agunt corporalem sustentando au-
gendo, reparando, et delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spiritua-
lem In quo ut inquit Urbanus papa gratam salvatoris nostri recensemus
memoriam, a malo retrahimur confortamur in bono, et ad virtutum et
graciarum proficimus incrementum. Quartum sacramentum est penitencia
Penitencia cuius quasi materia sunt actus penitentis qui in tres sub distinguuntur partes
materia huius sacramenti quarum prima est cordis contricio ad quam pertinet ut doleat de peccato
commisso cum proposito non peccandi de cetero. Secunda est oris confessio
ad quam pertinet ut peccator omnia peccata quorum memoriam habet suo
sacerdoti confiteatur integraliter Tercia est satisfactio pro peccatis
secundum arbitrium sacerdotis que quidem precipue fit per oracionem ieiunium
et elemosinam forma huius sacramenti sunt verba absolutionis que
sacerdos profert cum dicit ego te absolvo Minister huius sacramenti
forma huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absolvendi vel ordinariam vel ex
effectus huius sacramenti commissione superioris Effectus huius sacramenti est absolucio a peccato
Extrema unctio. Quintum sacramentum est extrema unctio cuius materia est oleum olive
per episcopum benedictum hoc sacramentum nisi infirmo ~~ministratur~~ de cuius
morte timetur dari non debet, qui in hiis locis ungendus est
quibus locis debeat infirmus ungi In oculis propter visum In auribus propter auditum In naribus propter
odoratum In ore propter gustum vel locucionem In manibus propter
tactum In pedibus propter gressum In renibus propter delectationem
ibidem vigentem, forma huius sacramenti hec est Per istam unctionem
forma eius et suam piissimam misericordiam Indulgeat tibi dominus quicquid
deliquisti per visum et similiter in aliis membris Minister huius
effectus illius sacramenti est sacerdos Effectus vero est mentis sanatio et in quantum
anime expedit ipsius et corporis De hoc sacramento Inquit beatus
Jacobus apostolus Infirmatur quis in vobis Inducat presbyteros ecclesie
ut orent super eum ungentes eum oleo in nomine domini et oratio
fidei salvabit infirmum et alleviabit eum dominus, et si in peccatis sit

dimittentur ei. Sextum est sacramentum ordinis cuius materia est illud — Ordo
per cuius traditionem traditur ordo sicut presbiteratus traditur per — materia ordinis
calicem cum vino et patene cum panis porrectionem. Dyacona-
tus vero per libri ewangeliorum dationem. Subdyaconatus
vero per calicis vacui cum pathena vacua superposita tradi-
tionem. Et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua per-
tinentium assignationem. Forma sacerdotii est talis: Accipe potestatem — forma sacerdotii
offerendi sacrificium in ecclesia pro vivis et mortuis in nomine patris
et filii et spiritussancti. Et sic de aliorum ordinum formis prout
in pontificali Romano late continetur. Ordinarius minister
huius sacramenti est episcopus. Effectus augmentum gratie ut quis — minister huius sacramenti
sit ydoneus Christi minister. Septimum est sacramentum Matrimonii — Matrimonium.
quod est signum coniunctionis Christi et ecclesie secundum apostolum dicentem
Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia. Causa
efficiens matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba — Causa efficiens matrimonii
de presenti expressus. Assignatur autem tripliciter bonum matrimonii — 3a bona matrimonii
1 S Primum est proles suscipienda et educanda ad cultum dei. Secundum
2 est fides quam unus coniugum alteri servare debet. Tercium indi-
3 visibilitas matrimonii propter hoc quod significat indivisibilem coniunctionem Christi
et ecclesie. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat thori separationem
facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est cum matrimonii vinculum
legittime contracti perpetuum sit. Sexto compendiosam illam fidei
regulam per beatissimum Anthanasium editam ipsis prebemus ora-
toribus. Cuius tenor talis est: Quicumque vult salvus esse etc.
Septimo decretum unionis cum grecis consummate pridem
in hoc sacro ycumenico florentino Concilio promulgatum
cuius tenor talis est: Eugenius etc. Letentur celi etc. Octavo cum
inter alia etc. sit cum ipsis Armenis disputatum quibus diebus
festivitates Annunciationis beate Marie virginis, Nativitatis
beati Johannis baptiste et consequenter Nativitatis et Circumcisionis
domini nostri Jhesu Christi ac presentationis eiusdem in templo seu purificationis
beate virginis marie celebrare deberent, satis quam diluciade
veritas patefacta fuerit tam sanctorum patrum testimoniis
quam consuetudine ecclesie Romane et omnium aliarum universaliter
apud grecos et latinos. Ne igitur in tantis celebritatibus
dispar sit cantorum ritus, unde perturbande caritatis occasio
posset oriri, decernimus tamquam veritati et rationi consentaneum

Ut iuxta totius reliqui orbis observantiam ipsi etiam Armeni
festum Annunciationis beate virginis Marie die XXV Marcii, Nativitatis
beati Johannis Baptiste XXIV Junii, Nativitatis vero secundum carnem
salvatoris nostri vigesima quinta decembris, Circumcisionis eiusdem prima
Januarii, Epyphanie sexto eiusdem Januarii, presentationis domini in templo
seu purificationis dei genitricis secunda februarii debeat solenniter
celebrare. His omnibus explicatis prefati Armenorum oratores
nomine suo et patris patriarche et omnium Armenorum hoc saluberrimum synodale
decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus,
traditionibus, preceptis et statutis, omnemque doctrinam in
ipso descriptam, necnon quicquid tenet et docet sancta sedes apostolica
et Romana ecclesia cum omni devotione et obedientia acceptant, suscipiunt
et amplectuntur. Illos quoque doctores et sanctos patres quos ecclesia
Romana approbat ipsi devote suscipiunt. Quascumque vero personas
et quicquid ipsa ecclesia Romana reprobat et dampnat ipsi pro reprobatis
et dampnatis habent, profitentes tamquam veri obedientie filii nomine quo
supra ipsius apostolice sedis ordinationibus et iussionibus fideliter
obtemperare. Datum Florentie in publica sessione synodali solemniter
in ecclesia maiori celebrata anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo
nono X° kalendas decembris pontificatus nostri anno nono.



[illegible] sibi [illegible] attendi reg
[illegible] ipse dicte domino iusticia ministrare et tenemur [illegible] exdictis et deposicionibus [illegible] fide digno
[illegible] ex legittimis documentis de [illegible] dominum Johannem [illegible] incorporacionem et aliis in [illegible] sancte Sinodi nobis [illegible]
[illegible] fungimur nobis in hac parte commissa vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet [illegible]
[illegible] excommunicacionis pena quam in vos et vestrum quemlibet [illegible] monicione premissa ferimus in hiis scriptis [illegible]
[illegible] quod infra sex dierum spacium post notificacionem seu publicacionem presencium vobis seu alteri vestrum facta [illegible] no pre
[illegible] sequentes [illegible] sex dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies vobis [illegible] et [illegible]
[illegible] unus vestrum alterum non expectet sed unus pro alio se excuset [illegible] [illegible] dominum [illegible]
[illegible] culpabiles reputetis [illegible] et [illegible] [illegible] de [illegible] principale et [illegible]
[illegible] Cracoviensis in [illegible] si [illegible] commode [illegible]
[illegible] alios vero omnes et singulos [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] kathedrali Cracoviensis et dictis [illegible] aut Collegio predicto infra missarum et aliorum divinorum solempnia [illegible]
[illegible] temporibus ubi [illegible] et quociens expediens fuerit [illegible] monemus [illegible] sancte Sinodi [illegible] alta
[illegible] penam [illegible] et mon[illegible] [illegible] et cuilibet [illegible] in [illegible] sancte obediencie et [illegible]
[illegible] quorum [illegible] seu aliquis eorum [illegible] ac [illegible] et [illegible] alia [illegible]
[illegible] sancte Sinodi [illegible] et [illegible] et quemlibet [illegible] volumus [illegible]
[illegible] per vos vel alterum vestrum [illegible] sequentes [illegible] pro [illegible]
[illegible] assignamus [illegible] dominum Johannem preposito principali [illegible]
[illegible] per aliud vel alios [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] omnes et singulos fructus [illegible] ac [illegible] Johanni [illegible]
[illegible] dominum Johannem de [illegible] aut alium vel alios [illegible] nomine [illegible] et
[illegible] satisfaccionem [illegible] et [illegible] aut [illegible]
[illegible] sequentes [illegible] nos [illegible] loco [illegible]
[illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible] Cracoviensis [illegible] et omnibus
[illegible] et [illegible] modo et forma premissis [illegible] et [illegible]
[illegible] ac nos [illegible] Judex et Commissarius [illegible] ad [illegible]
[illegible] et [illegible] Basilee in [illegible] Monasterii fratrum Minorum pro [illegible]
[illegible] [illegible] ad [illegible] contigerit [illegible]
[illegible] et [illegible] et [illegible] aliud [illegible]
[illegible] et causas [illegible] quare id fieri non debeat [illegible]
[illegible] domino [illegible] Cracoviensis [illegible] in spiritualibus et temporalibus [illegible]
[illegible] [illegible] Nec non [illegible] et [illegible]
[illegible] et singulis [illegible] et [illegible]
[illegible] alter [illegible] et [illegible] et [illegible]
[illegible] nos [illegible] Ne ipsi vel eorum alter [illegible] Johanni preposito principali post [illegible]
[illegible] publice vel occulte directe vel indirecte [illegible] colore [illegible]
[illegible] est [illegible] et [illegible] et [illegible] quare ad premissa [illegible] et [illegible]
[illegible] Johannem [illegible] principali [illegible]

